This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000066841
Digitized by Google


Digitized by Google

Matth. 317.

Matth. 317

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THEORIA MOTUS LUNAE

EXHIBENS

OMNES EIUS INAEQUALITATES

IN

ADDITAMENTO

HOC IDEM ARGUMENTUM ALITER TRACTATUR

SIMULQUE OSTENDITUR

QUEMADMODUM MOTUS LUNAE CUM OMNIBUS

INAEQUALITATIBUS

INNUMERIS ALIIS MODIS

REPRAESENTARI

ATQUE AD CALCULUM REUOCARI POSSIT

AUCTORE

L. EULERO

IMPENSIS

ACADEMIAE IMPERIALIS SCIENTIARUM

PETROPOLITANAE

ANNO 1753.

Digitized by Google

Digitized by Google



Academiam Scientiarum Petropolitanam triennio abhinc omnes, qui ingenii viribus confiſi, ad examinandam Neutonianam de motu Lunae Theoriam, animum applicare vellent, inuitaſſe, atque ei, qui in hac parte tenuiſſet primas, praemii loco propoſuiſſe nummos aureos centum; poſtmodum Celeberrimum Clairautum huius certaminis exſtitiſſe victorem, publico Academicorum, qui Petropoli agunt, iudicio diuulgatum.

Digitized by Google

Celeberrimus Eulerus, Academiae Petropolitanae membrum honorarium, officii ſui eſſe exiſtimauit, ferre vna cum ceteris de illa Clairauti diſſertatione iudicium. Transmiſit ergo huc ad nos una cum ſua ſententia ampliſſimam de eodem argumento diſſertationem; quae quo celerius innoteſceret, viſum eſt Academiae Praeſidi, minoris Ruſſiae Hetmano Illuſtriſſimo Cyrillo Gregoridae, Comiti Raſumouio, eam tradere Academicis in ſolenni conuentu examinandam, ea fini, vt ſi ſuffragio Academicorum comprobata, dignaque iudicata foret, quae orbis eruditi proponeretur theatro, ea praelo quam maturrime ſubiiceretur; quandoquidem ille mos iam inde a principio obtinuit, vt, quae in publico coetu praeleguntur diſſertationes, eae vel ante ſolennem actum, vel paruulo intermiſſo ſpatio typis diuulgentur poſtea. Cete-

Digitized by Google

Ceterum dissertatio illa constat magnam partem calculis, veris quidem illis et omnibus numeris absolutis, sed propter nimiam sui molem atque difficultatem auditu molestissimis: quae si recitarentur publice, periculum erat, ne auditorum animi auscultandis iis deficerent, neue Academia Summorum patientia Virorum abuti, caeterosque enicare odio videretur. Praeuidit hoc incommodum, prouiditque Illustrissimi Praesidis sapientia. Mandavit Astronomiae Professori V. C. Nicetae Popouio, cuius id temporis dicendi erat prouincia, vt prolixam illam Euleri dissertationem, omissis calculis, redigeret in compendium, et quae inde excepisset, auditorum causa recitaret publice. Quo quidem facto et auribus hominum consuluit, et tamen rerum capitum participes eos facere aequabili temperamento instituit: at-

Digitized by Google

que dissertationem, ne quid forte naeuorum obreperet, ipso auctore coram typis excudi aequum censuit.

Iam qui illo tempore interfuerant conuentui Academicorum solenni auditores, aequis nimis auribusque auscultarunt excerpta recitantem Euleriana Popouium: est ergo quod sperare liceat, et iis, quorum interest, vt qui hoc genere studiorum maxime delectantur, factum iri satis ipsa dissertatione. Datum Petropoli Nov. 1752.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

INTRODUCTIO — — — pag. 1

Caput I. *De motu corporis a viribus quibuscunque sollicitati* — — — — — 9

Caput II. *Inuestigatio virium Lunam sollicitantium* 17

Caput III. *Introductio anomaliae verae Lunae in praecedentes aequationes* — — — 31

Caput IV. *Inuestigatio inaequalitatis Lunae absolutae, quae variatio dicitur* — — — 49

Caput V. *Inuestigatio inaequalitatum Lunae ab eius excentricitate simplici solum pendentium* — 62

Caput VI. *Inuestigatio inaequalitatum Lunae a quadrato excentricitatis ipsius ortarum* — — 75

Caput VII. *Correctio inaequalitatum Lunae hactenus inventarum* — — — — 87

Caput VIII. *De Motu Apogei Lunae* — 114

Caput IX. *Inuestigatio inaequalitatum Lunae a sola excentricitate orbitae solis pendentium* — 121

Caput X. *Inuestigatio inaequalitatum Lunae ab vtriusque orbitae excentricitate simul pendentium* — 132

Caput XI. *Inuestigatio inaequalitatum Lunae a parallaxi solis pendentium* — — — 151

Caput XII. *Inuestigatio inaequalitatum motum lineae nodorum afficientium* — — — 179

Caput

Digitized by Google

Caput XIII. *Inueſtigatio inclinationis orbitae lunaris ad eclipticam cum eius variatione — — 190*
Caput XIV. *Inueſtigatio inaequalitatum Lunae ab eius inclinatione ad eclipticam oriundarum — 199*
Caput XV. *Accuratior inueſtigatio inaequalitatum Lunae ab inclinatione eius orbitae pendentium — 208*
Caput XVI. *Expoſitio inaequalitatum Lunae hactenus inuentarum — — — — 224*
Caput XVII. *Inueſtigatio Elementorum motus Lunae 231*
Caput XVIII. *Conſtitutio Elementorum pro tabulis Lunaribus — — — — 266*
Additamentum *continens alias methodos inueſtigandi motus Lunae inaequalitates — — 273*

Digitized by Google

INTRODUCTIO.

Cum nullum sit dubium, quin summi Newtoni Theoria, qua motum Planetarum felicissimo cum successu certis legibus adstrinxit, plurimum ad motum Lunae accuratius determinandum contulerit, maximi sane in Astronomia momenti est quaestio: vtrum haec Newtoni Theoria omnino sit sufficiens omnibus motus inaequalitatibus, quae in Luna obseruantur, exactissime explicandis nec ne? Quanquam autem a Newtoni asseclis plerumque affirmari solet, nullam in motu Lunae obseruari inaequalitatem, cuius ratio in ista Theoria non contineatur; tamen tantum abest, vt hic consensus a quoquam perspicue sit monstratus, vt potius applicatio huius Theoriae ad Lunam tantis implicetur calculi difficultatibus, quibus penitus euoluendis vires ingenii humani vix sufficere videntur. Plurimae quidem adhuc prodierunt Tabulae Lunares, quae ex Theoria Newtoniana deductae perhibentur, sed praeterquam quod saepius ultra 5′ ab obseruationibus discrepent, earum conuenientia cum Theoria ipsa neutiquam est euicta; quin potius pleraeque Tabulae inaequalitatum non tam Theoriae quam obseruationibus sunt superstructae. Huiusmodi ergo tabularum siue consensus siue dissensus cum obseruationibus neque ad Theoriam Newtonianam pleniſſime confirmandam, neque ad eam infringendam alle-

Digitized by Google

gari poteſt: nam quatenus iſtae tabulae obſeruationibus ſatisfaciunt, hoc non ſoli Theoriae eſt tribuendum; quatenus autem cum obſeruationibus minus conueniunt, hoc ne Theoriae quidem imputari poterit, propterea quod iſtae Tabulae non ſoli Theoriae innituntur.

Quaeſtio itaque, cujus mentionem feci, recte elabi nequit, niſi ante eiusmodi Tabulae exhibeantur, quae ex ſola Theoria, nullis obſeruationibus in ſubſidium vocatis, ſint formatae; tum enim demum ex huiusmodi Tabularum collatione cum ingenti obſeruationum ſummo ſtudio inſtitutarum copia diiudicare licebit, vtrum Theoria omnibus obſeruationibus reſpondeat, an vero correctione quapiam indigeat. Non difficile quidem eſt ex principiis mechanicis motum Lunae aequationibus analyticis complecti; quoniam autem hae aequationes plures variabiles inter ſe permixtas continent, atque adeo differentialibus ſecundi ordinis implicantur, earum reſolutio maximis difficultatibus eſt obnoxia; et quoniam alio modo niſi per approximationem ſuſcipi non poteſt, vtcunque inſtituatur, ſemper non leue dubium remanet, vtrum partes, quae in calculo ſunt neglectae et praetermiſſae, nihil, quod in motu Lunae eſſet notabile, efficere potuerint. Hoc modo explicatio motuum Lunae tota ad ſolam Analyſin transfertur, ac difficultates, quibus premitur, inde oriuntur, quod Analyſis nondum ſatis eſt exculta.

Cum igitur Theoria Newtoniana hoc principio latiſſime patente innitatur, quod omnia corpora coeleſtia ſe mutuo attrahant in ratione reciproca duplicata diſtantiarum,

Digitized by Google

rum, ſi motum Lunae ſecundum hanc Theoriam definire velimus, vires erunt ſpectandae omnes, quibus Luna ſollicitatur. Atque inter has vires primaria eſt ea, qua ad terram vrgetur, quae ſi ſola adeſſet, terraque quieſceret, Luna in ellipſi perfecta ſecundum regulas Keplerianas motum ſuum circa terram abſolueret. At cum Luna praeterea aeque ac terra ipſa etiam ad ſolem trahatur, hac vi motus ille regularis non mediocriter perturbabitur: atque haec vis a ſole profecta omnium difficultatum, quae in determinatione motus Lunae offenduntur, cauſa eſt exiſtimanda. Reliquae enim vires, quibus forte Luna ſecundum Theoriam Newtoni ad reliquos planetas vrgeri deberet, tam ſunt exiguae, vt effectus inde oriundus merito pro nihilo haberi queat.

Solas ergo vires ſolis ac terrae in computum duci oportet, ſi motum Lunae ſecundum Theoriam definire velimus, atque cum ex his viribus formulae analyticae fuerint erutae, quae motum Lunae complectantur, omne ſtudium in his formulis ita euoluendis erit impendendum, vt inde ad quoduis tempus propoſitum locus Lunae aſſignari, ac more apud Aſtronomos ſolito ſecundum longitudinem et latitudinem definiri queat. Hinc porro Tabulae Aſtronomicae pro motu Lunae erunt condendae, quibus omnes inaequalitates tam in longitudine quam in latitudine exhibeantur, ex quibus ſi pro cujusuis obſeruationis momento locus Lunae computetur, conſenſus vel diſſenſus calculi ab obſeruationibus Theoriam vel confirmabit, vel ejus defectum declarabit. Neque tamen Theoria ſola hujusmodi Tabulis conſtruendis ſufficit, ſed quaedam ele-

Digitized by Google

menta extrinsecus ab obseruationibus assumi oportet, quae sunt 1°. Excentricitas orbitae Lunaris, quae salua theoria vel major vel minor esse potuisset; pendet enim a motu Lunae primitus impresso, quem Theoria non determinat, sed tanquam cognitum assumit. 2°. Locus Lunae medius pro quapiam Epocha proposita, qui pariter ex obseruationibus est concludendus. 3°. Locus Apogei orbitae Lunaris pro Epocha quadam data. 4°. Tempus periodicum Lunae secundum motum medium, quod pendet a distantia Lunae media a Terra, ideoque ex sola Theoria definiri nequit. 5°. Locus nodorum Lunae pro Epocha quadam data: et 6to denique inclinatio media orbitae Lunaris ad planum Eclipticae.

His autem sex elementis per obseruationes definitis reliqua omnia, quibus ad locum Lunae pro quouis tempore assignandum opus est, ex sola Theoria sunt petenda; quae primo ad quoduis tempus locum Apogei eiusque ideo motum verum praebere debet, vt inde ex loco Lunae medio eius anomalia media colligi queat. Deinde Theoria quoque omnes correctiones seu Prostaphaereses, quae loco Lunae medio vel additae vel sublatae eius locum verum exhibeant, suppeditare debet; atque istae correctiones, quae motus inaequalitates appellari solent, partim ab Anomalia media Lunae, partim ab eius Phasi seu elongatione a sole, partimque ab Anomalia solis media pendent, ex quo triplici fonte numerus inaequalitatum in immensum augetur. Porro etiam Theoria motum nodi eiusque omnes inaequalitates indicare tenetur, ac denique etiam pro quouis tempore orbitae Lunaris veram inclinationem

da

Digitized by Google

ad ecliptieam, vt inde eius latitudinem veram eruere liceat.

Cum autem, vt iam innui, nemo adhuc omnes inaequalitates, quae in motu Lunae reperiuntur, ex Theoria elicuerit, vt ex iis iudicium ferri possit, quantum haec Theoria cum obseruationibus conueniat; etsi nullum est dubium quin discrimen, si quod deprehenderetur, admodum paruum sit futurum: iam pridem haec quaestio ex solo motu Apogei dirimi est coepta, dum aliis motus Apogei ex obseruationibus cognitus magnopere a Theoria discrepare est visus, alii autem etiam hoc loco pulcerrimum consensum Theoriae et veritatis iactauerunt. Mirum autem est, ipsum Newtonum nihil circa motum Apogei ex Theoria statuisse, sed eum ex solis obseruationibus in calculum transtulisse, cum tamen motum nodorum summa sagacitate ex Theoria elicuisset, atque veritati consentaneum ostendisset. Cur igitur motum Apogei plane silentio praeterierit, nulla alia ratio subesse videtur, nisi quod animaduerterit hunc motum, prouti ex Theoria prodiret, obseruationibus parum fore conformem. Ex iis enim, quae Newtonus in suo immortali opere de motu absidum in genere tradidit, non admodum difficile videtur motum apogei Lunae definire: verum hic praeter expectationem euenit, vt motus apogei annuus vix 20° superans reperiatur, cum tamen ex obseruationibus constet, Apogeum Lunae interuallo unius anni vltra 40° promoueri.

Siue autem ista motus Apogei quantitas 20° legitime sit ex Theoria deriuata, siue minus; consideratio Apogei tutissimum praebet remedium quaestionem de sufficientia

Digitized by Google

Theoriae Newtonianae decidendi. Quamuis enim ex Theoria inaequalitas quaepiam in ipso motu Lunae aliquot minutis secundis vel etiam primis maior minorue prodiret, quam experientia monstraret, tamen tantilla differentia merito vel leui cuipiam errori in obseruationibus, vel vitio in approximatione commisso tribueretur; quandoquidem aliunde certum est Theoriam Newtonianam non admodum a veritate recedere. At longe aliter est comparata ratio motus Apogei: quodsi enim vires Lunam sollicitantes tantillum a Theoria Newtoniana discrepent, vt ex iis in ipso motu Lunae vix perceptibile discrimen nasceretur, tamen inde in motu Apogei annuo differentia plurium graduum oriri poterit. Quae tanta differentia cum nulli errori vel obseruationum vel ipsius calculi, siquidem omni cura instituatur, tribui queat, inuestigatio motus apogei certissimum suppeditat criterium iudicandi, vtrum quaepiam Theoria veritati sit consentanea nec ne?

Quodsi ergo calculo rite administrato Theoria Newtoni reperiatur tantum Apogei Lunaris motum exhibere, quantus per obseruationes deprehenditur, scilicet ultra 40° quotannis; fortius certe argumentum, quo veritas hujus Theoriae indubie demonstretur, desiderari nequit. Sin autem contra eueniat, vt progressio Apogei annua ex Theoria rite deriuata notabiliter a 40° deficiat, hinc certo erit concludendum Theoriam Newtonianam correctione quapiam indigere, neque vires, quibus Luna reuera sollicitatur, exactissime huic Theoriae esse conformes.

Verum haec ipsa quaestio, vtrum Theoria Newtoniana ad verum apogei Lunae motum perducat nec ne? est profun-

Digitized by Google

fundissimae indaginis, atque summam in calculo circumspectionem ac sollertiam requirit. Quanquam enim ex principiis generalibus, vnde vulgo motus absidum definiri solet, satis luculenter semissis tantum pro motu Apogei Lunae eliciatur; tamen quoniam in calculo plures termini, qui in determinationem motus Lunae ingrediuntur, ob paruitatem sunt reiecti, merito dubitatio suboritur, num hi ipsi termini, si eorum ratio esset habita, non istum defectum compensare valuerint? Quin etiam non defuere Geometrae, qui consensum huius Theoriae cum vero Apogei motu demonstrare sunt conati: verum plerumque non difficile erat paralogismum in ipsorum ratiociniis deprehendere. Maximam autem hoc loco attentionem meretur iudicium profundissimi Geometrae Clairaut, qui cum primum validissimis argumentis statuisset, Newtoni Theoriam non vltra dimidium veri apogei Lunaris motus suppeditare, subito in contrariam abiit sententiam statuens hanc Theoriam, elegantissime cum veritate conspirare, neque certe tanto perspicaciae Viro a priori sententia, quam omni studio propugnauerat, recedendum esset putandus, nisi firmissimis argumentis eo esset adductus.

Cum autem omnes rationes, quae Ipsum ad hanc retractationem impulerint, nondum publice explicuerit, licet at mihi quidem, qui semper contrariae sententiae fui addictus, tantisper arduam hanc quaestionem tanquam nondum decisam spectare, donec per propriam inuestigationem inuenero, quid de ea sit statuendum. Postquam enim iam a longo temporis intervallo plurimum studii in indagatione motus Lunae consumsissem, ac variis methodis insistens

semper

semper conclusionem Theoriae Newtonianae minus fauentem esse adeptus; quam tamen pro rite demonstrata venditare non eram ausus, propterea quod approximatione essem vsus, ac semper suspicio quaedam ratione terminorum praetermissorum remaneret. Super in aliam incidi viam hanc inuestigationem suscipiendi, quae mihi multo certior videtur, ita vt per eam nulla dubitatione interiecta ad veritatem penetrare confidam. Ne autem si forte Theoriam Newtonianam minus sufficientem inuenero, calculum secundum aliam Theoriam de nouo instituere cogar, statim meam inuestigationem in latiori sensu exordiar, viresque quibus Luna ad terram sollicitatur, non exacte sed proxime tantum quadratis distantiarum reciproce proportionales assumam: deinceps scilicet innotescet, vtrum haec aberratio a regula Newtoniana locum habeat nec ne? Calculum autem ita adornabo, vt quicquid euenerit, non solum verum apogei motum assequar, sed etiam omnes Lunae inaequalitates inde elicere valeam, quas deinceps Astronomorum more tabulis complectibitur.

Primum ergo problema in latissimo significatu concipiam, vt corporis a viribus quibuscunque sollicitati motum inuestigaturus: deinde vires, quibus Luna actu vrgetur, considerabo, in calculum introducam, et aequationes Lunae motum determinantes exhibebo. Has porro aequationes variis modis in alias formas transmutabo, donec eas eo perduxero, vbi ad finem propositum maxime accommodatae videbuntur, quo cum peruenero, tandem eo motum Apogei, quam cunctas Lunae inaequalitates motus ex calculo deriuare studebo.

CAPUT

CAPUT I.

DE MOTU CORPORIS A VIRIBUS QUIBUSCUNQUE SOLLICITATI.

§. 1.

Quoniam corpus a viribus quibuscunque sollicitari ponimus, fieri potest, vt eius motus non in eodem plano absoluatur. Hinc ad ejus motum per calculum ita repraesentandum, vt ad quoduis tempus verus locus, in quo corpus versabitur, assignari queat, conueniet corporis motum ad planum quoddam fixum pro lubitu assumtum referri. Exhibeat igitur Tabula hoc planum, atque corpus iam versetur extra hoc planum in puncto L, vnde ad planum demittatur perpendiculum L M; eritque punctum M locus corporis ad planum relatus. Quod si ergo ad quoduis tempus propositum hunc corporis locum relatum M, simulque eius a plano distantiam L M indicare valeamus, verus corporis locus L ad hoc tempus innotescet. Fig. 1.

§. 2. Ad locum autem puncti M commodius determinandum, assumamus in plano rectam quandam fixam C Q pro axe, ita vt ducta ex M ad hanc rectam perpendiculari M P, locus puncti M more apud Geometras recepto per coordinatas orthogonales definiatur. Assumto ergo porro in axe puncto quodam fixo C, vnde abscissae C P computentur, erit P M applicata puncto M respondens, & ipsum punctum L determinabitur per tres coordinatas inter se normales C P, P M & M L.

Digitized by Google

M L. Cum igitur praesenti temporis momento corpus in L versari ponatur, vocentur istae tres coordinatae eo spectantes:

$$CP = p;\ PM = q \text{ et } ML = r$$

elapso autem temporis elemento, quod per dt indicemus, coordinatae ternae tum locum corporis indicantes erunt:

$$p + dp;\ q + dq; \text{ et } r + dr.$$

§. 3. Quaecunque nunc fuerint vires, quibus corpus sollicitatur, eae semper per cognitam virium resolutionem reduci poterunt ad ternas vires secundum directiones ternarum coordinatarum vrgentes. Ponamus ergo vim $= P$, qua corpus in L secundum directionem ipsi P C parallelam trahitur: eam porro vim $= Q$, qua corpus secundum directionem ipsi M P parallelam trahitur: eamque denique vim $= R$, qua corpus secundum directionem L M sollicitatur. Has scilicet vires ita directas concipio, vt si corpus earum actioni libere obediret, valores coordinatarum p, q, r inde diminuerentur. His positis, ex principiis Mechanicae constat, si elementum temporis dt pro constanti assumatur, motum corporis his tribus formulis differentio-differentialibus determinari

I. $ddp = -\frac{1}{2}Pdt^2$; II. $ddq = -\frac{1}{2}Qdt^2$; III. $ddr = -\frac{1}{2}Rdt^2$.

§. 4. Verum hae coordinatae ad vsum astronomicum, ad quem hic potissimum respicimus, non satis sunt accommodatae. Nam si spectatorem in C constitutum assumimus, locus L, vbi corpus cernetur, commodissime

Digitized by Google

me per quantitatem rectae C M, et angulum Q C M vna cum angulo M C L repraesentatur: atque si tabula planum eclipticae referat, rectaque C Q ad principium arietis sit directa, angulus Q C M in Astronomia vocari solet sideris longitudo, angulus M C L vero eius latitudo, et recta C M eius distantia curtata. Vocemus ergo porro:

I. Distantiam curtatam seu rectam C M $= x$

II. Longitudinem seu angulum Q C M $= \varphi$

III. Latitúdinem seu angulum M C L $= \psi$

ac posito constanter sinu toto $= 1$, erunt valores coordinatarum ante adhibitarum:

C P $= p = x \cos \varphi$; P M $= q = x \sin \varphi$ & M L $= r = x \tang \psi$

atque distantia corporis vera a puncto C erit C L $= x \sec. \psi = \frac{x}{\cos \psi}$.

§. 5. Sumtis nunc differentialibus more consueto obtinebimus:

$$dp = dx \cos \varphi - x d\varphi \sin \varphi \; ; \; dq = dx \sin \varphi + x d\varphi \cos \varphi$$

$$\text{et } dr = dx \tang \psi + \frac{x d\psi}{\cos \psi^2}$$

atque hinc demuo differentialibus sumendis reperietur,

$$ddp = ddx \cos \varphi - 2 dx d\varphi \sin \varphi - x dd\varphi \sin \varphi - x d\varphi^2 \cos \varphi$$

$$ddq = ddx \sin \varphi + 2 dx d\varphi \cos \varphi + x dd\varphi \cos \varphi - x d\varphi^2 \sin \varphi$$

$$ddr = ddx \tang \psi + \frac{2 dx d\psi}{\cos \psi^2} + \frac{x dd\psi}{\cos \psi^2} + \frac{2 x d\psi^2 \sin \psi}{\cos \psi^3}$$

Digitized by Google

Binae priores formulae rite combinatae suppeditabunt sequentes multo concinniores

$$ddp \cos\Phi + ddq \sin\Phi = ddx - x d\Phi^2$$
$$ddq \cos\Phi - ddp \sin\Phi = 2dx d\Phi + x ddΦ$$

sicque habebitur:

$$ddx - x d\Phi^2 = -\tfrac{1}{2} dt^2 (P \cos\Phi + Q \sin\Phi)$$
$$2dx d\Phi + x ddΦ = -\tfrac{1}{2} dt^2 (Q \cos\Phi - P \sin\Phi)$$

Tertiam vero aequationem deinceps magis tractabilem efficiemus.

§. 6 Manifestum autem est formulam $P \cos\Phi + Q \sin\Phi$ praebere vim ex viribus P et Q compositam, qua corpus in L secundum directionem rectae MC vrgetur, formulam vero alteram $Q \cos\Phi - P \sin\Phi$ exprimere vim ex eadem resolutione secundum directionem MQ ad MC normalem directam. Cum igitur hae duae vires assumtis binis P et Q aequiualeant, ponamus esse

I. Vim corpus L secundum MC trahentem $= V$

II. Vim corpus L secundum MQ trahentem $= T$

manente tertia vi corpus ad planum normaliter secundum LM vrgente $= R$. Atque sequentes habebimus aequationes:

I. $2dx d\Phi + x ddΦ = -\tfrac{1}{2} T dt^2$

II. $ddx - x d\Phi^2 = -\tfrac{1}{2} V dt^2$

III. $ddx \tang\psi + \frac{2dx d\psi}{\cos\psi^2} + \frac{x ddψ}{\cos\psi^2} + \frac{2x d\psi^2 \sin\psi}{\cos\psi^3} = -\tfrac{1}{2} R dt^2$

§. 7. Quo autem effectum tertiae vis R commodius ad calculum reuocemus, more apud Astronomos recepto contemplemur planum, in quo corpus durante elemento

Digitized by Google

elemento temporis dt mouetur, et quod simul per punctum C transeat. Hoc igitur planum cum plano assumto intersectionem alicubi formabit, quae sit recta C Ω, ac linea nodorum appellari solet; sicque erit Ω C L planum orbitae, in qua corpus L praesenti instanti mouetur, et angulus, quo hoc planum Ω C L ad planum fixum Q C M inclinatur, vocatur inclinatio orbitae ad eclipticam pro tempore praesenti. Cum igitur ex his duabus rebus latitudo sideris definiri soleat, ponamus

Longitudinem nodi ascendentis seu angulum $QC\Omega = \pi$
ac inclinationem orbitae Ω C L ad eclipticam $= \varrho$
atque loco latitudinis ψ has duas quantitates π et ϱ definire oportebit.

§. 8. Tertia ergo aequatio in duas dispertietur, ad quas inueniendas ex M et L ad lineam nodorum C Ω ducantur normales M N et L N, eritque angulus L N M [mensura inclinationis orbitae ad eclipticam]; ideoque L N M $= \varrho$. Tum vero ob angulum Ω CM $= \Phi - \pi$ et C M $= x$ erit:

$$C N = x \cos(\Phi - \pi) \text{ et } M N = x \sin(\Phi - \pi)$$

hinc elicietur $M L = x \operatorname{tang} \varrho \sin(\Phi - \pi)$, vnde prodit $\operatorname{tang} M C L = \operatorname{tang} \psi = \operatorname{tang} \varrho \sin(\Phi - \pi)$, quae formula inseruit latitudini ψ ex cognita inclinatione ϱ et loco nodi eiusue longitudine π inueniendae, si quidem iam cognita fuerit longitudo sideris Φ. Quoniam autem sidus elemento temporis dt in eodem plano manet, in differentiatione formulae $\operatorname{tang} \psi = \operatorname{tang} \varrho \sin(\Phi - \pi)$,

Digitized by Google

quantitates π et ϱ tanquam conſtantes ſpectari poterunt, eritque idcirco.

$$\frac{d\psi}{\text{cof}\,\psi^2} = d\varphi\,\text{tang}\,\varrho\,\text{cof}\,(\varphi-\pi)$$

§. 9. Interim tamen nihil impedit, quominus in eadem differentiatione quantitates π et ϱ tanquam variabiles tractemus, quales reuera eſſe poſſunt ſucceſſu temporis; vnde orietur haec aequatio:

$$\frac{d\psi}{\text{cof}\,\psi^2} = \frac{d\varrho}{\text{cof}\,\varrho^2}\,\text{ſin}\,(\varphi-\pi) + (d\varphi-d\pi)\,\text{tang}\,\varrho\,\text{cof}\,(\varphi-\pi)$$

hicque valor ipſius $\frac{d\psi}{\text{cof}\,\psi^2}$ collatus cum praecedente praebebit hanc aequalitatem:

$$\frac{d\varrho}{\text{cof}\,\varrho^2}\,\text{ſin}\,(\varphi-\pi) = d\pi\,\text{tang}\,\varrho\,\text{cof}\,(\varphi-\pi)$$

vnde obtinemus $\frac{d\varrho}{\text{ſin}\,\varrho\,\text{cof}\,\varrho} = \frac{d\pi\,\text{cof}\,(\varphi-\pi)}{\text{ſin}\,(\varphi-\pi)} = \frac{d\pi}{\text{tang}\,(\varphi-\pi)}$.

Cum iam ſit $\frac{d\varrho}{\text{ſin}\,\varrho\,\text{cof}\,\varrho} = \frac{d.\,\text{tang}\,\varrho}{\text{tang}\,\varrho} = d.\,l\,\text{tang}\,\varrho$, erit

$$d.\,l\,\text{tang}\,\varrho = \frac{d\pi}{\text{tang}\,(\varphi-\pi)}$$

ex quo, ſi longitudo nodi iam fuerit reperta, ſine labore inclinatio ad eclipticam ϱ inveſtigari poterit.

§. 10. Differentiemus formulam primo inuentam

$$\frac{d\psi}{\text{cof}\,\psi^2} = d\varphi\,\text{tang}\,\varrho\,\text{cof}\,(\varphi-\pi)$$

iterum, et cum ſit $d.\,\text{tang}\,\varrho = \frac{d\pi\,\text{tang}\,\varrho\,\text{cof}\,(\varphi-\pi)}{\text{ſin}\,(\varphi-\pi)}$

erit:

Digitized by Google

erit:

$$\frac{d\,d\psi}{\cos\psi^2} + \frac{2d\psi^2\sin\psi}{\cos\psi^3} = d\,d\,\varphi\,\text{tang}\,\varrho\,\cos\,(\varphi-\pi)$$
$$+\frac{d\varphi d\pi\,\text{tang}\varrho\cos(\varphi-\pi)^2}{\sin\,(\varphi-\pi)} - d\varphi(d\varphi-d\pi)\text{tang}\varrho\sin(\varphi-\pi)$$

seu $\frac{d\,d\psi}{\cos\psi^2} + \frac{2d\psi^2\sin\psi}{\cos\psi^3} = d\,d\,\varphi\,\text{tang}\,\varrho\,\cos\,(\varphi-\pi)$
$$+\frac{d\varphi d\pi\,\text{tang}\varrho}{\sin(\varphi-\pi)} - d\varphi^2\,\text{tang}\varrho\sin(\varphi-\pi)$$

qui valores pro ψ in tertia aequatione superiori substituti suppeditabunt:

$$ddx\,\text{tang}\varrho\sin(\varphi-\pi) + 2dx\,d\varphi\,\text{tang}\,\varrho\cos(\varphi-\pi) + x\,dd\varphi\,\text{tang}\,\varrho\cos(\varphi-\pi)$$
$$+\frac{x\,d\varphi d\pi\,\text{tang}\varrho}{\sin(\varphi-\pi)} - x\,d\varphi^2\,\text{tang}\,\varrho\,\sin(\varphi-\pi) = -\tfrac{1}{2}\,\mathrm{R}\,dt^2$$

quae transmutatur in hanc:

$$(ddx-x\,d\varphi^2)\text{tang}\varrho\sin(\varphi-\pi) + (2dx\,d\varphi + x\,dd\varphi)\,\text{tang}\,\varrho\cos(\varphi-\pi)$$
$$+\frac{x\,d\varphi d\pi\,\text{tang}\varrho}{\sin\,(\varphi-\pi)} = -\tfrac{1}{2}\mathrm{R}\,dt^2$$

§. 11. Commode, hic euenit vt in ista formula illae ipsae expressiones differentio-differentiales $ddx - x\,d\varphi^2$ et $2\,dx\,d\varphi + x\,dd\varphi$ occurrant, quae ex actione duarum reliquarum virium sunt enatae: vnde si formularum harum valores aequiualentes $-\frac{1}{2}\,\mathrm{V}\,dt^2$ et $-\frac{1}{2}\,\mathrm{T}\,dt^2$ substituamus, impetrabimus

$$-\tfrac{1}{2}\mathrm{V}\,dt^2\,\text{tang}\varrho\sin(\varphi-\pi) - \tfrac{1}{2}\mathrm{T}\,dt^2\,\text{tang}\varrho\cos(\varphi-\pi) \mp \frac{x\,d\varphi d\pi\,\text{tang}\varrho}{\sin\,(\varphi-\pi)} = -\tfrac{1}{2}\mathrm{R}\,dt^2$$

qua differentiale $d\pi$, quo promotio elementaris lineae nodorum indicatur, ita determinabitur, vt sit

$$d\pi = \tfrac{1}{2}\,d\,t^2 \cdot \frac{\sin(\varphi-\pi)}{x\,d\varphi}\left(\mathrm{V}\sin(\varphi-\pi) + \mathrm{T}\cos(\varphi-\pi) - \frac{\mathrm{R}}{\text{tang}\,\varrho}\right)$$

Deinde

Digitized by Google

Deinde cum ſit $d.\,l\,\text{tang}\,\varrho = \frac{d\pi}{\text{tang}\,(\varphi-\pi)}$, erit

$$d.l\,\text{tang}\,\varrho = \tfrac{1}{2}dt^2.\,\frac{\text{cof}(\varphi-\pi)}{x\,d\varphi}\left(\text{V}\,\text{ſin}(\varphi-\pi)+\text{T}\,\text{cof}(\varphi-\pi)-\frac{\text{R}}{\text{tang}\,\varrho}\right)$$

Duas ergo has aequationes loco ſuperioris tertiae, ex qua latitudo ψ inueniri debebat, in calculum introduci conueniet; inuentis enim π et ϱ erit $\text{tang}\,\psi = \text{tang}\,\varrho\,\text{ſin}\,(\varphi-\pi)$.

§. 12. Hinc patet lineam nodorum nunquam eſſe mobilem, quin ſimul inclinatio ϱ variationi ſit obnoxia. Eadem enim vis $\text{V}\,\text{ſin}\,(\varphi-\pi) + \text{T}\,\text{cof}(\varphi-\pi) - \frac{\text{R}}{\text{tang}\,\varrho}$, quae lineae nodorum motum imprimit eius longitudinem π immutando, ſimul in inclinatione ϱ variationem generat. Nulli autem plane immutationi tam linea nodorum, quam inclinatio erunt ſubjectae, ſi vis illa euaneſcat, quod euenit ſi media directio omnium virium corpus L ſollicitantium in ipſum planum ΩCL, in quo corpus ſemel moueri coepit, perpetuo incidat; hicque eſt caſus, quo corpus continuo in eodem plano moueri pergit. Generatim ergo corporis a tribus viribus V, T, R ſollicitati motus quatuor ſequentibus aequationibus determinatur.

I. $2\,dx\,d\varphi + x\,dd\varphi = -\tfrac{1}{2}\,\text{T}\,dt^2$

II. $dd\,x - x\,d\varphi^2 = -\tfrac{1}{2}\,\text{V}\,dt^2$

III. $d\pi = \tfrac{1}{2}dt^2.\,\frac{\text{ſin}\,(\varphi-\pi)}{x\,d\varphi}\left(\text{V}\,\text{ſin}(\varphi-\pi)+\text{T}\,\text{cof}(\varphi-\pi)-\frac{\text{R}}{\text{tang}\,\varrho}\right)$

IV. $d.\,l\,\text{tang}\,\varrho = \frac{d\pi}{\text{tang}\,(\varphi-\pi)}$

quas ergo quouis caſu oblato reſolui oportet.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

INUESTIGATIO VIRIUM LUNAM SOLLICITANTIUM.

§. 13.

Cum Lunae motus, qualis ex centro terrae ſpectaretur, definiri debeat, ſit C terrae centrum, ad quod etiam praecipua vis, qua Luna vrgetur, directa concipitur; atque tabula exhibeat planum eclipticae, in quo nunc quidem Sol exiſtat in S, Luna vero ſupra hoc planum verſetur in L latitudinem habens borealem, vnde ad planum eclipticae perpendiculum demittatur LM. Hinc ductis rectis CL, CM, CS, itemque CQ initium arietis verſus, vnde longitudines computari ſolent, fiant ſequentes denominationes. Fig. 2.

1. Longitudo Solis ſeu angulus ACS = θ
2. Longitudo Lunae ſeu angulus ACM = ϕ
3. Latitudo Lunae ſeu angulus MCL = ψ
4. Diſtantia Solis a Terra CS = y
5. Diſtantia Lunae a Terra curtata CM = x

§. 14. Sit iam AM proiectio orbitae lunaris in planum eclipticae; ac planum, in quo Luna nunc mouetur, per centrum terrae ductum, planum eclipticae interſecet ſecundum rectam C☊, quae lineam nodorum pro tempore praeſenti exhibebit: ac terminus ☊ quidem nodum aſcendentem referet, ſiquidem lunam ſecundum regionem AM promoueri ponamus. Quod ſi ergo porro vocemus

Digitized by Google

6. Longitudinem nodi asc: $A C \Omega = \pi$

7. Incl. orbitae Lunae ad eclipticam $= \varrho$

hinc latitudo Lunae geocentrica ita definietur, vt sit tang $\psi =$ tang. sin $(\varphi - \pi)$. Vnde incrementum latitudinis $d\psi$ commode assignabitur, cum sit, vt supra vidimus $d.$ tang $\psi = \frac{d\psi}{\text{cos}\,\psi^2} = d\varphi$ tang ϱ cos $(\varphi - \pi)$: ac praeterea ex motu nodi cognito variatio inclinationis ita definietur, vt sit $d.$ tang $\varrho = \frac{d\pi \text{ tang } \varrho}{\text{tang}(\varphi - \pi)}$, seu $d\varrho = \frac{d\pi \sin \varrho \cos \varrho}{\text{tang}(\varphi - \pi)}$.

§. 15. Cum nunc primum Luna ad centrum terrae C secundum directionem L C attrahatur, sit haec vis $=$ M. Deinde sit vis, qua Luna ad solem S vrgetur secundum L S $=$ N; atque his duabus viribus Luna proprie vrgeri censenda est. Praeterea vero cum Terra ipsa, ad quam motum Lunae referimus, in motu versetur, ut eam tanquam quiescentem considerare queamus, non solum motum Terrae, sed etiam vires, quibus Terra vrgetur, toti mundo secundum plagas oppositas imprimi concipiamus. Sit igitur vis qua Terra ad Solem vrgetur $=$ S, & vis qua ad Lunam trahitur $=$ L, his viribus contrario modo in lunam translatis, Luna sequentibus viribus sollicitata habebitur

1. Secundum directionem L C vi $=$ M $+$ L
2. Secundum directionem L S vi $=$ N
3. Secundum directionem M R ipsi S C parallelam vi $=$ S.

§. 16. Hunc

Digitized by Google

§. 16. Nunc primo has vires ad ternas directiones ſupra aſſumtas MC, MQ et LM reducamus; ac primo quidem vis M + L dabit

pro directione MC vim $= (M + L) \cos \psi$

pro directione LM vim $= (M + L) \sin \psi$

Secunda vis N vero dabit

pro directione LM vim $= \frac{LM}{LS} . N$

pro directione MS vim $= \frac{MS}{LS} . N$

at haec vlterius reſoluta ducta Mr ipſi CS parallela dabit:

pro directione MC vim $= \frac{MC}{LS} . N$

pro directione Mr vim $= \frac{CS}{LS} . N$

Haec poſtrema a vi tertia S ſubtracta relinquet vim $S - \frac{CS}{LS} . N$, qua Luna ſecundum directionem MR ſollicitatur, quae ob angulum $CMR = SCM = \varphi - \theta$ dabit

pro directione MC vim $= (S - \frac{CS}{LS} . N) \cos (\varphi - \theta)$

pro directione Mq vim $= (S - \frac{CS}{LS} . N) \sin (\varphi - \theta)$

vbi directio Mq contraria eſt directione MQ.

§. 17. His iam viribus cum ternis initio aſſumtis V, T et R comparandis, inueniemus pro his viribus ſequentes valores:

Digitized by Google

1. pro directione MC vim $V =$

$$(M+L)\cos\psi + \frac{MC}{LS}\cdot N + (S - \frac{CS}{LS}\cdot N)\cos(\varphi-\theta)$$

2. pro directione MQ vim $T = -(S - \frac{CS}{LS}\cdot N)\sin(\varphi-\theta)$

3. pro directione LM vim $R = (M+L)\sin\psi + \frac{LM}{LS}\cdot N$.

Cum nunc sit $CM = x$, $CS = y$, et angulus $SCM = \varphi - \theta$; erit $MS = \sqrt{(xx - 2xy\cos(\varphi-\theta) + yy)}$, et ob $LM = x\tang\psi$ erit $LS = \sqrt{(yy - 2xy\cos(\varphi-\theta) + xx\sec.\psi^2)}$, quae distantia Solis a Luna LS breuitatis gratia ponatur $= u$, vt sit $u = \sqrt{(yy - 2xy\cos(\varphi-\theta) + xx\sec.\psi^2)}$. His ergo valoribus introductis erunt vires nostrae:

1. $V = (M+L)\cos\psi + \frac{Nx}{u} + S\cos(\varphi-\theta) - \frac{Ny}{u}\cos(\varphi-\theta)$

2. $T = -S\sin(\varphi-\theta) + \frac{Ny}{u}\sin(\varphi-\theta)$

3. $R = -(M+L)\sin\psi + \frac{Nx\tang\psi}{u}$

§. 18. Quia nunc est $\tang\psi = \tang\varrho\sin(\varphi-\pi)$ et $\sin\psi = \tang\psi\cos\psi$ erit:

$$\frac{R}{\tang\varrho} = (M+L)\cos\psi\sin(\varphi-\pi) + \frac{Nx\sin(\varphi-\pi)}{u}$$

tum vero habebitur

$$V\sin(\varphi-\pi) + T\cos(\varphi-\pi) = (M+L)\cos\psi\sin(\varphi-\pi) + \frac{Nx\sin(\varphi-\pi)}{u}$$
$$+ S\cos(\varphi-\theta)\sin(\varphi-\pi) - \frac{Ny\cos(\varphi-\theta)\sin(\varphi-\pi)}{u}$$
$$- S\sin(\varphi-\theta)\cos(\varphi-\pi) + \frac{Ny\sin(\varphi-\theta)\cos(\varphi-\pi)}{u}$$

quae ob $\cos(\varphi-\theta)\sin(\varphi-\pi) - \sin(\varphi-\theta)\cos(\varphi-\pi) = \sin(\varphi-\pi)$, dat

V sin

Digitized by Google

$$V \sin(\varphi-\pi) + T\cos(\varphi-\pi) - \frac{R}{\tang \varrho} = S\sin(\theta-\pi) - \frac{Ny}{u}\sin(\theta-\pi)$$

ex quo aequationes motum Lunae continentes erunt:

I. $2dxd\varphi + x\,dd\varphi = -\frac{1}{2}dt^2\left(\frac{Ny}{u} - S\right)\sin(\varphi-\theta)$

II. $ddx - xd\varphi^2 = -\frac{1}{2}dt^2\left((M+L)\cos\psi + \frac{Nx}{u} - \left(\frac{Ny}{u} - S\right)\cos(\varphi-\theta)\right)$

III. $d\pi = -\frac{1}{2}dt^2 \cdot \frac{\sin(\varphi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{x\,d\varphi}\left(\frac{Ny}{u} - S\right)$

IV. $d.\, l\tang \varrho = \frac{dx}{\tang(\varphi-\pi)}$

vbi $\theta-\pi$ exprimit angulum Ω CS ſeu diſtantiam Solis a nodo aſcendente.

§. 19. Jam ſecundum Theoriam Newtoni, ſi maſſam Terrae ponamus $= \mathfrak{T}$ ac Lunae $= \mathfrak{C}$, ob diſtantiam $CL = \frac{x}{\cos\psi}$, foret vis $M = \frac{\mathfrak{T}\cos\psi^2}{x\,x}$ et vis $L = \frac{\mathfrak{C}\cos\psi^2}{x\,x}$, ſicque vis tota $M + L = (\mathfrak{T}+\mathfrak{C}) \cdot \frac{\cos\psi^2}{x\,x}$. Quo autem, ſi forte haec Theoria inſufficiens deprehendatur, rem generalius complectamur, ponamus hanc vim:

$$M + L = (\mathfrak{T}+\mathfrak{C})\cos\psi^2\left(\frac{1}{x\,x} - \frac{1}{b\,b}\right)$$

vbi terminus $\frac{1}{b\,b}$ defectum huius vis a Theoria Newtoniana exhibeat; qui cum ſit minimus, pro conſtanti haberi poterit ſaltem pro exigua variabilitate, quam diſtantia x ſubit. Vim autem Solis exacte Theoriae Newtonianae conformem aſſumere poterimus; quoniam etiamſi inde recederet, differentia non ſolum foret

Digitized by Google

quam minima, ſed quia pro Luna aeque diſcreparet ac pro Terra, in noſtris formulis nullius plane eſſet momenti.

§. 20. Poſita ergo Solis maſſa $= \odot$, erit vis, qua Terram ad ſe attrahit $S = \frac{\odot}{yy}$, vis autem qua Lunam ad ſe trahit $N = \frac{\odot}{uu}$. His ergo valoribus virium in calculum inductis, motus lunae ex quatuor ſequentibus aequationibus determinari debet:

I. $2dxd\varphi + xdd\varphi = -\frac{1}{2}dt^2\left(\frac{\odot y}{u^3} - \frac{\odot}{yy}\right)$ ſin $(\varphi-\theta)$

II. $ddx - xd\varphi^2 = -\frac{1}{2}dt^2(\mathfrak{D}+\mathfrak{C})$ coſ $\psi^3\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right)$
$$-\tfrac{1}{2}dt^2\left(\frac{\odot x}{u^3} - \frac{\odot y}{u^3}\text{ coſ }(\varphi-\theta) + \frac{\odot}{yy}\text{coſ}(\varphi-\theta)\right)$$

III. $d\pi = -\frac{1}{2}dt^2 \cdot \frac{\text{ſin }(\varphi-\pi)\text{ ſin }(\theta-\pi)}{xd\varphi}\left(\frac{\odot y}{u^3} - \frac{\odot}{yy}\right)$

IV. $d.l\text{ tang }\varrho = \frac{d\pi}{\text{tang}(\varphi-\pi)}$

Hic iam primum curandum eſt, vt elementum temporis, quod eſt quantitas heterogenea, ex calculo eliminemus; id quod commodiſſime fiet, ſi motum medium ſolis vtpote tempori proportionalem, loco temporis in calculum introducemus.

§. 21. Cum igitur etiam motus Solis in his aequationibus ſit ratio habenda, eum prius inueſtigemus: et quoniam pro terra quieſcente Sol a ſola vi $\frac{\odot}{yy}$ ad terram

Digitized by Google

ram ſollicitari concipiendus eſt, ſi formulas pro Luna inuentas ad ſolem accommodemus, obtinebimus:

$$2\,dy\,d\theta + y\,dd\theta = 0$$

$$dd y - y\,d\theta^2 = -\tfrac{1}{2}\,dt^2 . \frac{\odot}{yy}$$

ſi iam diſtantiam Solis a terra mediam ponamus $= b$ ejusque anomaliam mediam $= q$; caſu quo excentricitas orbitae ſolaris eſſet nulla, foret ſemper $y = b$ & $d\theta = dq$: vnde altera aequatio dabit $-b\,dq^2 = -\tfrac{1}{2}\,dt^2 . \frac{\odot}{bb}$. Quare loco elementi temporis dt elementum anomaliae mediae ſolis ita in calculum introduci debet, vt vbique loco $\tfrac{1}{2}\,dt^2$ ſcribatur $\frac{b^3\,dq^2}{\odot}$, id quod tam in his formulis pro Sole, quam in ſuperioribus pro Luna fieri poterit.

§. 22. Cum iam b denotet diſtantiam ſolis a terra mediam, ſit eius vera diſtantia $y = b\,\omega$, et anomalia eius vera $= s$, erit $d\theta = ds$, quandoquidem a motu apogei ſolis animum abſtrahimus. Hinc itaque erit

$$2\,d\omega\,ds + \omega\,dd s = 0$$

$$dd\omega - \omega\,ds^2 = -\frac{dq^2}{\omega\omega},$$

quarum prior integrata dat $\omega\omega\,ds = C\,dq$ ob dq conſtans, ideoque $\omega\,ds^2 = \frac{CC\,dq^2}{\omega^3}$; qui valor in altera aequatione ſubſtitutus praebet,

$$dd\omega = \frac{CC\,dq^2}{\omega^3} - \frac{dq^2}{\omega\omega}.$$

quae

Digitized by Google

quae per $2\,d\omega$ multiplicata et integrata dat:

$$\frac{d\omega^2}{dq^2} = D - \frac{CC}{\omega\omega} + \frac{2}{\omega}$$

vnde fit $dq = \frac{\omega\, d\omega}{\sqrt{(D\omega\omega + 2\omega - CC)}}$

ac proinde $ds = \frac{C\, d\omega}{\omega\sqrt{(D\omega\omega + 2\omega - CC)}}$

§. 23. Quanquam autem hinc valores finiti haud difficulter deduci possent, tamen alia vtar methodo, quae in motu Lunae maiorem praestabit vtilitatem. Inuento autem $\omega\omega\, ds = C\, dq$, alteram aequationem ita transformo, vt elementi constantis dq ratio non amplius habeatur:

$$dq.\, d.\frac{d\omega}{dq} - \omega\, ds^2 = -\frac{dq^2}{\omega\omega}$$

Sit nunc $\omega = \frac{1}{u}$, vt habeat $ds = C\,u\,u\,dq$, et $d\omega = -\frac{du}{uu}$, et ob $dq = \frac{ds}{C\,u\,u}$ erit $\frac{d\omega}{dq} = -\frac{C\,du}{ds}$; hinc sumto iam elemento ds constante, erit

$$\frac{-d^2s}{C\,u\,u}\cdot\frac{C\,ddu}{ds} - \frac{ds^2}{u} = -\frac{ds^2}{CC\,u\,u} \text{ seu}$$

$$ddu + u\,ds^2 = \frac{ds^2}{CC}$$

vnde statim elicitur $u = \frac{1 - e\cos s}{CC}$, vbi e excentricitatem orbitae solaris indicabit.

§. 24. Hinc porro habebitur $\omega = \frac{CC}{1-e\cos s}$, et $y = \frac{CC\,b}{1-e\cos s}$, anomalia vera s ab apogeo computata; vnde distantia apogei

Digitized by Google

apogei a terra posito $s = 0$ erit $= \frac{CCb}{1-e}$, et distantia perigei posito $s = 180°$ prodit $= \frac{CCb}{1+e}$; sicque distantia media fiet $= \frac{CCb}{1-ee}$, quae cum per hypothesin aequalis esse debeat ipsi b, statui oportet $CC = 1-ee$: hincque erit

$$y = \frac{b(1-ee)}{1-e\cos s} \text{ et } \omega = \frac{1-ee}{1-e\cos s}$$

Porro autem aequatio $\omega\omega\, ds = C\, dq = dq\sqrt{(1-ee)}$ abibit in hanc:

$$dq = \frac{(1-ee)^{\frac{3}{2}}\, ds}{(1-e\cos s)^2} \text{ et } q = \int \frac{(1-ee)^{\frac{3}{2}}\, ds}{(1-e\cos s)^2}$$

ex qua, vti satis constat, vel data anomalia vera s inueniri potest anomalia media q, vel viciſſim. His itaque formulis motum Solis continentibus in determinatione motus Lunae vtamur.

§. 25. Primo ergo loco $\frac{1}{2}ds^2$ vbique scribamus $\frac{b^3\, dq^2}{\odot}$ et $b\omega$ loco y, quo facto nostrae aequationes fient

I. $2dx\,d\varphi + x\,dd\varphi = -b^3\, dq^2 \left(\frac{b\omega}{u^3} - \frac{1}{bb\omega\omega}\right) \sin(\varphi-\theta)$

II. $ddx - x\,d\varphi^2 = -\frac{(\mathfrak{E}+\mathfrak{C})\, b^3\, dq^2}{\odot} \cos\psi^3 \left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right)$
$$- b^3\, dq^2 \left(\frac{x}{u^3} - \frac{b\omega\cos(\varphi-\theta)}{u^3} + \frac{\cos(\varphi-\theta)}{bb\omega\omega}\right)$$

III. $d\pi = -b^3\, dq^2 \cdot \frac{\sin(\varphi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{x\,d\varphi} \left(\frac{b\omega}{u^3} - \frac{1}{bb\omega\omega}\right)$

Ponatur porro $u = bv$, adque in calculum quoque introduca-

Digitized by Google

ducatur distantia media lunae a terra, quae sit $= a$, positoque $x = az$, prodibit:

I. $2dzd\varphi + zdd\varphi = -\frac{bdq^2}{a}\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)\sin(\varphi - \theta)$

II. $ddz - zd\varphi^2 = -\frac{(\mathfrak{d} + \mathfrak{C})b^3}{\odot a^3}dq^2\cos\psi^3\left(\frac{1}{zz} - \frac{aa}{bb}\right)$
$$- \frac{zdq^2}{v^3} + \frac{b\omega dq^2\cos(\varphi-\theta)}{av^3} - \frac{bdq^2\cos(\varphi-\theta)}{a\omega\omega}$$

III. $d\pi = -\frac{bdq^2}{azd\varphi}\sin(\varphi-\pi)\sin(\theta-\pi)\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)$

§. 26. Ponamus nunc ad abbreuiandum:

$\frac{(\mathfrak{d}+\mathfrak{C})b^3}{\odot a^3} = m$; $\frac{(\mathfrak{d}+\mathfrak{C})b^3}{\odot abb} = \mu$, seu $\mu = \frac{maa}{bb}$

quarum litterarum valores m et μ per obseruationes definiri debent; tum vero sit $\frac{a}{b} = \nu$, quae est quantitas valde parua a parallaxi solis pendens. Hisque valoribus introductis, aequationes nostrae sequentes induent formas:

I. $2dzd\varphi + zdd\varphi = -\frac{1}{\nu}dq^2\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)(\sin\varphi - \theta)$

II. $ddz - zd\varphi^2 = -\frac{mdq^2\cos\psi^3}{zz} + \mu dq^2\cos\psi^3$
$$- \frac{zdq^2}{v^3} + \frac{1}{\nu}dq^2\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)\cos(\varphi - \theta)$$

III. $d\pi = -\frac{dq^2}{\nu zd\varphi}\sin(\varphi-\pi)\sin(\theta-\pi)\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)$

IV. $d.l\tan\varrho = \frac{d\pi}{\tan(\varphi-\pi)}$

§. 27.

Digitized by Google

§. 27. Cum iam posuerimus:

$$x = az; \quad y = bw; \quad v = \frac{n}{b} \text{ et } \nu = \frac{a}{b}$$

erit $u = V(bb\omega\omega - 2ab\omega z \cos(\varphi-\theta) + aazz \sec.\psi^2)$
atque $v = V(\omega\omega - 2\nu\omega z \cos(\varphi-\theta) + \nu\nu zz \sec.\psi^2)$
vbi notandum est quantitates ω, q et s ex motu solis ita inter se pendere, vt sit

$$\omega = \frac{1-ee}{1-e\cos s} \text{ et } dq = \frac{(1-ee)^{\frac{3}{2}} ds}{(1-e\cos s)^2} = \frac{\omega\omega ds}{V(1-ee)}$$

ita vt huic ad datum quoduis tempus tam valor ipsius φ quam anomaliae verae s definiri possit. Modum autem has formulas ad calculum reuocandi hic non trado, quia eum alias fusius iam expossui: hoc solum hic notari conveniet, excentricitatis orbitae solaris valorem ex obseruationibus colligi $e = 0,01680$.

§. 28. Nunc antequam vlterius progredi queamus, valorem irrationalem ipsius v tolli conueniet, quod facile per seriem praestabitur maxime conuergentem, ob ν fractionem valde paruam; sumta enim parallaxi solis $= 12''$, quia parallaxis lunae media est $= 3380''$, erit $\frac{a}{b} = \nu = \frac{12}{3380} = \frac{1}{281}$. Hinc sufficit seriei illius conuergentis, quam reperiemus, aliquot tantum terminos ab initio assumsisse; quia reliqui ob paruitatem continuo magis crescentem tuto omitti poterunt. Cum autem angulus $\varphi-\theta$, qui distantiam solis a luna secundum longitudinem denotat, in hac resolutione frequentissime occurret, breuitatis gratia ponamus $\varphi - \theta = \eta$
ita vt pro v sequentem habeamus valorem irrationalem

$$v = V(\omega\omega - 2\nu\omega z \cos\eta + \nu\nu zz \sec.\psi^2).$$

Digitized by Google

§. 29. Quoniam ergo in noſtris formulis occurrit $\frac{1}{v^3}$ ob $\frac{1}{\dot{v}^3} = (\omega\omega - 2v\omega z\cos\eta + vvzz\sec\psi^2)^{-\frac{3}{2}}$, nanciſcemur

$$\frac{1}{v^3} = \frac{1}{\omega^3} + \frac{3vz\cos\eta}{\omega^4} - \frac{3vvzz\sec.\psi^2}{2\omega^5} + \frac{15vvzz}{2\omega^5}\cos\eta^2$$

vbi terminos altiores ipſius v poteſtates inuoluentes ſine haeſitatione reiicere poſſumus; in ipſis aequationibus autem tantum in prima ipſius v poteſtate ſubſiſtemus. Habebimus ergo:

$$\frac{1}{v}\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right) = \frac{3z\cos\eta}{\omega^3} + \frac{3vzz}{2\omega^4}(5\cos\eta^2 - \sec.\psi^2) \text{ ſeu}$$

$$\frac{1}{v}\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right) = \frac{3z\cos\eta}{\omega^3} + \frac{3vzz}{4\omega^4}(5 + 5\cos 2\eta - 2\sec.\psi^2)$$

hincque porro:

$$\frac{1}{v}\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)\sin(\varphi-\theta) = \frac{3z\sin 2\eta}{2\omega^3} + \frac{3vzz}{8\omega^4}(5\sin\eta + 5\sin 3\eta - 4\sin\eta\sec.\psi^2)$$

$$\frac{1}{v}\left(\frac{\omega}{v^3} - \frac{1}{\omega\omega}\right)\cos(\varphi-\theta) = \frac{3z}{2\omega^3}(1+\cos 2\eta) + \frac{3vzz}{8\omega^4}(15\cos\eta + 5\cos 3\eta - 4\cos\eta\sec.\psi^2)$$

atque $\frac{z}{v^3} = \frac{z}{\omega^3} + \frac{3vzz}{\omega^4}\cos\eta$

§. 30. Subſtituamus hos valores in noſtris aequationibus atque obtinebimus:

$$\text{I. } 2dz\,d\varphi + z\,ddz = -dq^2\left(\frac{3z\sin 2\eta}{2\omega^3} + \frac{3vzz}{8\omega^4}(5\sin\eta + 5\sin 3\eta - 4\sin\eta\sec.\psi^2)\right)$$

$$\text{II. } ddz - z\,d\varphi^2 = -\frac{m\,dq^2\cos\psi^3}{z\,z} + \mu\,dq^2\cos\psi^3 + \frac{z\,dq^2}{2\omega^3} + \frac{3z\,dq^2}{2\omega^3}\cos 2\eta$$

$$+ \frac{3vzz\,dq^2}{8\omega^4}(7\cos\eta + 5\cos 3\eta - 4\cos\eta.\sec.\psi^2)$$

III. $d\pi$

Digitized by Google

III. $d\pi = -\frac{dq^2}{2d\Phi}\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)\left(\frac{3z\cos\eta}{\omega^3}+\frac{3zz}{4\omega^4}(5+5\cos 2\eta-2\sec.\psi^2)\right)$

IV. $d.l\tang\varrho = \frac{d\pi}{\tang(\Phi-\pi)}$.

Hic iam obſervare licet, cum angulus ψ nunquam fere 5° ſuperet, eiusque ſecans nonniſi in terminis tam per M multiplicatis, ac propterea reſpectu reliquorum valde parvis occurrat, fine vllius erroris ſenſibilis metu in his terminis poni poſſe $\sec.\psi = 1$.

§. 31. Deinde vt etiam ex maioribus terminis $\cos\psi$ eliminemus; conſideremus formulam $\tang\psi = \tang\varrho\sin(\Phi-\pi)$, eritque $\sec.\psi = \frac{1}{\cos\psi} = \sqrt{(1+\tang\varrho^2\sin(\Phi-\pi)^2)}$. Hinc ergo habebimus:

$$\cos\psi^3 = (1+\tang\varrho^2.\sin(\Phi-\pi)^2)^{-\frac{3}{2}}$$

et cum $\tang\varrho^2$ nunquam fere fractionem $\frac{1}{114}$ ſuperet erit ſatis exacte:

$$\cos\psi^3 = 1-\tfrac{3}{2}\tang\varrho^2.\sin(\Phi-\pi)^2 - \text{ vel etiam}$$
$$\cos\psi^3 = 1-\tfrac{3}{4}\tang\varrho^2+\tfrac{3}{4}\tang\varrho^2\cos 2(\Phi-\pi)$$

qui valor pro $\cos\psi^3$ in termino maiore $\frac{mdq^2\cos\psi^3}{zz}$ ſubſtitui poteſt: in altero autem termino $\mu dq^2\cos\psi^3$ quia per ſe eſt valde paruus, atque adeo ſecundum Theoriam Newtoni euaneſceret, nihil impedit, quo minus loco $\cos\psi^3$ ſcribamus vnitatem.

Digitized by Google

§. 32. Hoc ergo modo si aequationes nostras a consideratione latitudinis Lunae ψ liberemus ad sequentes perueniemus aequationes:

I. $2dzd\Phi + zdd\Phi = -dq^2\left(\frac{3z\sin 2\eta}{2\omega^3} + \frac{3\gamma zz}{8\omega^4}(\sin\eta + 5\sin 3\eta)\right)$

II. $ddz - zd\Phi^2 = -\frac{mdq^2}{zz}(1 - \frac{3}{4}\tang\varrho^2 + \frac{3}{4}\tang\varrho^2\cos 2(\Phi - \pi)) + \mu dq^2$
$+ \frac{zdq^2}{2\omega^3} + \frac{3zdq^2}{2\omega^3}\cos 2\eta + \frac{3\gamma zzdq^2}{8\omega^4}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$

III. $d\pi = -\frac{dq^2}{zd\Phi}\sin(\Phi - \pi)\sin(\theta - \pi)\left(\frac{3z\cos\eta}{\omega^3} + \frac{3\gamma zz}{4\omega^4}(3 + 5\cos 2\eta)\right)$

IV. $d.\,\ell\tang\varrho = \frac{d\pi}{\tang(\Phi - \pi)}$.

Nunc igitur in hoc erit incumbendum, vt ex his quatuor aequationibus omnia motus phaenomena, quae in Luna secundum Theoriam adesse debent, sollicite eruantur, atque tum cum obseruationibus conferantur.

CAPUT

CAPUT III.

INTRODUCTIO ANOMALIAE VERAE LUNAE IN PRAECEDENTES AEQUATIONES.

§. 33.

Quoniam noſtra quaeſtio circa Lunam verſatur, loco anomaliae mediae ſolis, quam pro tempore in calculum introduximus, magis conueniet motu Lunae medio vti, qui itidem tempori eſt proportionalis. Verum ex ſequentibus patebit calculum commodiorem reddi, ſi loco motus medii adhibeamus anomaliam Lunae mediam, cuius incrementa itidem tempori ſunt proportionalia. Sit itaque ad datum tempus anomalia media Lunae $= p$; et cum eius incrementum dp ad incrementum anomaliae mediae ſolis eodem tempuſculo acceptum datum ac per obſeruationes cognitam teneat rationem, ponamus $dp = n\,dq$. Tabulae autem Aſtronomicae pro interuallo 365 dierum praebent:
Motum anomaliae mediae Solis $11^s, 29^\circ, 44', 39'' = 1295079''$
Motum anomaliae mediae Lunae

$$13^{\text{Rev.}}\ 2^s, 28^\circ, 43' 13'' = 17167393''$$

vnde fit $n = \frac{17167393}{1295079} = 13,25586$

§. 34. Poſito ergo $\frac{dp}{n}$ loco dq, aequationes noſtrae erunt

I. $2dzd\varphi + zdd\varphi = -\frac{dp^2}{nn}\left(\frac{3z\sin 2\eta}{2\omega^3} + \frac{9zzz}{8\omega^4}(\sin\eta + 5\sin 3\eta)\right)$

II. ddz

II. $ddz - zd\Phi^2 = -\frac{mdp^2}{nnzz}(1 - \frac{3}{4}\tang\varrho^2 + \frac{3}{4}\tang\varrho^2\cos 2(\Phi - \pi)) + \frac{\mu dp^2}{nn}$

$$+ \frac{z\,dp^2}{2n^2\omega^3} + \frac{3z\,dp^2}{2n^2\omega^3}\cos 2\eta + \frac{3\nu zz dp^2}{8nn\omega^4}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

III. $d\pi = \frac{-dp^2}{nnzd\Phi}\sin(\Phi - \pi)\sin(\theta - \pi)\left(\frac{3z\cos\eta}{\omega^3} + \frac{3\nu zz}{4\omega^4}(3 + 5\cos 2\eta)\right)$

IV. $d.\,l\tang\varrho = \frac{d\pi}{\tang(\Phi - \pi)}$

atque hic elementum dp assumtum est constans: simul autem patet terminos, qui per nn sunt diuisi, prae ceteris satis esse paruos, cum sit $nn = 175,71795$. Quae circumstantia sequentes approximationes non mediocriter adiuuabit.

§. 35. Nunc antequam vlterius progrediamur, aequationem primam per z multiplicemus, atque integratione in priori parte instituta obtinebimus

$$zzd\Phi = Cdp - \frac{dp}{nn}\int dp\left(\frac{3z^2\sin 2\eta}{2\omega^3} + \frac{3\nu z^3}{8\omega^4}(\sin\eta + 5\sin 3\eta)\right)$$

ponamus breuitatis gratia hoc membrum integrale

$$\int dp\left(\frac{3zz}{2\omega^4}\sin 2\eta + \frac{3\nu z^3}{8\omega^4}(\sin\eta + 5\sin 3\eta)\right) = S$$

quod integrale, ne introductio constantis incertitudinem pariat, ita capi assumo, vt nullum terminum mere constantem contineat, quippe qui iam in C esset comprehensus. Hoc ergo circa determinationem integrationis probe obseruato, erit $zzd\Phi = dp\left(C - \frac{S}{nn}\right)$: vbi terminus S aequabilem arearum descriptionem, quam Regula Keplerí in planetis primariis infert, perturbat; est enim

enim $\frac{1}{2} z z d\Phi$ elementum areae deſcriptae, quod ſi ipſi $C dp$ eſſet aequale, tempori exacte eſſet proportionale.

§. 36. Cum igitur ſit $d\Phi = \frac{dp}{zz}\left(C - \frac{S}{nn}\right)$, erit $z d\Phi^2 = \frac{dp^2}{z^3}\left(CC - \frac{2}{nn} CS + \frac{1}{n^4} SS\right)$, quo valore ſubſtituto reliquae noſtrae aequationes ſequentes induent formas:

II. $ddz = \frac{dp^2}{z^3}(CC - \frac{2}{nn} CS + \frac{1}{n^4} SS)$

$$- \frac{m dp^2}{n n z z}(1 - \tfrac{3}{4}\operatorname{tang}\varrho^2 + \tfrac{3}{4}\operatorname{tang}\varrho^2 \cos 2(\Phi - \pi)) + \frac{\mu dp^2}{nn}$$

$$+ \frac{z dp^2}{2nn\omega^3} + \frac{3z dp^2}{2nn\omega^3}\cos 2\eta + \frac{3\nu z z dp^2}{8nn\omega^4}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

III. $d\pi = -\frac{z dp}{Cnn - S}\sin(\Phi - \pi)\sin(\theta - \pi)\left(\frac{3e\cos\eta}{\omega^3} + \frac{3\nu z z}{4\omega^4}(3 + 5\cos 2\eta)\right)$

et quarta manet $d.l\operatorname{tang}\varrho = \frac{d\pi}{\operatorname{tang}(\Phi - \pi)}$ vt ante.

Eo igitur pertigimus, vt inueſtigari oporteat quantitates z, π et ϱ, quibus inuentis obtinebitur Φ ex formula primum eruta. Cum autem ſit $d\eta = d\Phi - d\theta$, ob $d\theta = ds = \frac{dq\sqrt{(1-ee)}}{\omega\omega} = \frac{dp\sqrt{(1-ee)}}{n\omega\omega}$, erit $d\eta = \frac{dp}{zz}\left(C - \frac{S}{nn}\right) - \frac{dp\sqrt{(1-ee)}}{n\omega\omega}$. Tum vero eſt vti vidimus $\omega = \frac{1-ee}{1-e\cos s}$, vnde et huius differentiale ad dp reduci poterit.

§. 37. Si hunc calculum proſequi vellemus, tota inueſtigatio tandem eo rediret, vt definiretur quantum

longitudo Lunae vera ab eius longitudine media, quae ex anomalia media p haberetur, discreparet: hoc autem discrimen nonnunquam vltra 8 gradus exsurgere posset, ideoque correctiones admodum notabiles requireret. Vt igitur nobis quam minimae correctiones inuestigandae relinquantur, expediet differentiam inter locum Lunae verum, et locum corporis quod secundum regulas Kepleri in ellipsi circa Terram reuolueretur, ita tamen mobili, vt eius motus absidum cum motu apogei Lunae per obseruationes cognito conueniret. Seu quod eodem redit, quaeramus primo ex anomalia Lunae media p secundum regulas Kepleri anomaliam eius veram quae sit $= r$, vnde si longitudo apogei fuerit $= \pi$, quantita, $\pi + r$ nunquam multum vltra gradum a longitudine Lunae vera differet: vnde discrimen multo facilius inueniri poterit, si quidem debita orbitae lunaris excentricitas in calculum inducatur. Hinc loco anomaliae Lunae mediae p eius anomaliam veram, quae scilicet mediae pro excentricitate rite assumta conueniat, in aequationes nostras inferamus.

§. 38. Tabulae quidem astronomicae excentricitatem orbitae lunaris plerumque variabilem statuunt; sed cum hic non de vera huius orbitae excentricitate quaestio sit, quam de excentricitate illius orbitae ellipticae mobilis, in qua corpus motum proxime motum Lunae referat; huius excentricitas media erit statuenda inter maximam ac minimam, quae vulgo orbitae lunari tribuuntur: vnde ista excentricitas media colligitur $= 0,05445$. Ne autem huic conclusioni nimium fidamus genera-

Digitized by Google

generatim hanc excentricitatem ponamus $= k$; atque anomalia vera per mediam ita determinabitur, vt sit $dp = \frac{(1-kk)^{\frac{3}{2}} dr}{(1-k\cos r)^2}$, vel sit brevitatis gratia $\frac{1-kk}{1-k\cos r} = t$, vt sit $dp = \frac{tt\,dr}{\sqrt{(1-kk)}}$. Porro autem reliqua differentialia ita ad elementum dr reuocabuntur, vt sit:

$$ds = \frac{ttdr\sqrt{(1-ee)}}{nn\omega\sqrt{(1-kk)}} = d\vartheta, \text{ et } d\eta = \frac{tt\,dr}{zz\sqrt{(1-kk)}}\left(C - \frac{S}{nn}\right) - \frac{tt\,dr\sqrt{(1-ee)}}{nn\omega\sqrt{(1-kk)}}.$$

§. 39. Si motus Lunae cum motu huius corporis, quod imaginamur, perfecte conueniret, tum vbique foret $z = \frac{1-kk}{1-k\cos r}$ seu $z = t$: quoniam autem hi duo motus inter se non conueniunt, non erit $z = t$. Ponamus ergo esse:

$$z = tu = \frac{(1-kk)u}{1-k\cos r} \text{ seu } x = \frac{(1-kk)au}{1-k\cos r}$$

vbi primum obseruo, quantitatem u valde parum ab vnitate recedere. Erit autem quantitas variabilis, quae alium terminum constantem praeter vnitatem non inuolvet: nam si alium terminum constantem contineret, is in a posset comprehendi, idque indicio esset distantiam mediam a non recte esse assumtam. Habebit ergo u huiusmodi formam $1 + Z$, vbi Z ex terminis nonnisi variabilibus constabit. Praeterea autem animaduerto, hanc quantitatem Z nullum terminum huius formae $\alpha\cos r$ complecti debere; quoniam hoc indicio esset excentricitatem k non recte esse assumtam, sed eam vel maiorem vel minorem accipi oportuisse.

Digitized by Google

§. 40. His igitur notatis, quod quantitas u primo terminum conſtantem $= 1$ contineat, tum vero nullum terminum formae $\alpha \cos r$ inuoluat, ſtatuamus $z = tu$ ſeu $z = \frac{(1-kk)u}{1-k\cos r}$ poſito breuitatis gratia $t = \frac{1-kk}{1-k\cos r}$. Atque cum ſupra elementum dp conſtans poſuiſſemus, hac conditione exuenda erit $ddz = dp\, d.\frac{dz}{dp}$, et $\frac{ddz}{dp^2} = \frac{1}{dp}\, d.\frac{dz}{dp}$ Diuiſa ergo ſecunda aequatione per dp^2, erit:

II. $$\frac{1}{dp}\, d.\, \frac{dz}{dp} = \frac{CC}{t^3u^3} - \frac{2CS}{nnt^3u^3} + \frac{SS}{n^4t^3u^3} - \frac{m}{nnttuu}\left(1-\tfrac{3}{4}\tang\varrho^2+\tfrac{3}{4}\tang\varrho^2\cos 2(\Phi-\pi)\right)+\frac{\mu}{nn}+\frac{tu}{2nn\omega^3} + \frac{3tu\cos 2\eta}{2nn\omega^3}+\frac{3vttuu}{8nn\omega^4}(3\cos\eta+5\cos 3\eta)$$

III. $$d\pi = \frac{-tu\,dp}{Cnn-S}\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)\left(\frac{3tu\cos\eta}{\omega^3}+\frac{3vttuu}{4\omega^4}(3\mp 5\cos 2\eta)\right)$$

vbi nunc nullum differentiale aſſumtum eſt conſtans, ſed iam pro lubitu quoduis differentiale conſtans aſſumi poterit.

§. 41. Poſito autem $x = tu$ et $dp = \frac{ttdr}{\sqrt{(1-kk)}}$ exiſtente $t = \frac{1-kk}{1-k\cos r}$ erit primo:

$$S = \int \frac{ttdr}{\sqrt{(1-kk)}}\left(\frac{3ttuu}{2\omega^3}\sin 2\eta+\frac{3vt^3u^3}{8\omega^4}(\sin\eta+5\sin 3\eta)\right) \text{ ſeu}$$

$$S = \int \frac{dr}{\sqrt{(1-kk)}}\left(\frac{3t^4uu}{2\omega^3}\sin 2\eta+\frac{3vt^5u^3}{8\omega^4}(\sin\eta+5\sin 3\eta)\right)$$

Hinc

Digitized by Google

Hinc fiet $d\Phi = \frac{dr}{nn\sqrt{(1-kk)}}\left(C - \frac{S}{nn}\right)$ atque

$$d\eta = \frac{dr}{uu\sqrt{(1-kk)}}\left(C - \frac{S}{nn}\right) - \frac{tt\,dr\sqrt{(1-ee)}}{n\omega\omega\sqrt{(1-kk)}}$$

Porro autem ob $dz = t\,du + u\,dt$, erit $\frac{dz}{dp} = \frac{t\,du + u\,dt}{tt\,dr}\sqrt{(1-kk)}$;

at eſt $dt = -\frac{(1-kk)k\,dr\sin r}{(1-k\cos r)^2} = -\frac{k\,tt\,dr\sin r}{1-kk}$; ſicque fiet

$\frac{dz}{dp} = \frac{du\sqrt{(1-kk)}}{t\,dr} - \frac{ku\sin r}{\sqrt{(1-kk)}}$; ac poſito elemento dr conſtante

erit $d.\frac{dz}{dp} = \frac{ddu\sqrt{(1-kk)}}{t\,dr} - \frac{du\,dt\sqrt{(1-kk)}}{tt\,dr} - \frac{k\,du\sin r}{\sqrt{(1-kk)}} - \frac{ku\,dr\cos r}{\sqrt{(1-kk)}}$

hincque ob $\frac{dt}{tt} = -\frac{k\,dr\sin r}{1-kk}$ habebitur:

$$d.\frac{dz}{dp} = \frac{ddu\sqrt{(1-kk)}}{t\,dr} - \frac{ku\,dr\cos r}{\sqrt{(1-kk)}}.$$

§. 42. Hinc iam porro obtinemus pro ſecunda aequatione

$$\frac{1}{dp}\,d.\frac{dz}{dp} = \frac{(1-kk)\,ddu}{t^3\,dr^2} - \frac{ku\cos r}{tt}$$

qui valor ſubſtitutus in aequatione per $\frac{t^3}{1-kk}$ multiplicata orietur haec aequatio:

II. $$\frac{ddu}{dr^2} - \frac{ktu\cos r}{1-kk} = \frac{CC}{(1-kk)u^3} - \frac{2CS}{(1-kk)nnu^3} + \frac{SS}{n^4(1-kk)u^3}$$
$$- \frac{m\,t}{nn(1-kk)uu}(1 - \tfrac{3}{4}\tan g\varrho^2 + \tfrac{3}{4}\tan g\varrho^2\cos 2(\Phi-\pi)) + \frac{\mu\,t^3}{nn(1-kk)} + \frac{t^4\,u}{2nn(1-kk)\omega^3}$$
$$+ \frac{3t^4\,u\cos 2\eta}{2nn(1-kk)\omega^3} + \frac{3vt^5\,un}{8nn\omega^4(1-kk)}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

III. $$d\pi = -\frac{uudr\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{(Cnn-S)\sqrt{(1-kk)}}\left(\frac{3t^4\cos\eta}{\omega^3} + \frac{3ut^5u}{4\omega^4}(3+5\cos 3\eta)\right)$$

Digitized by Google

Quartam aequationem $d.l\tang\varrho = \frac{d\pi}{\tang(\Phi-\pi)}$, cum nullam mutationem ſubeat, ſuperfluum foret continuo repetere.

§. 43. Conueniet autem quantitates conſtantes C et m, quarum valores nondum nouimus, ſaltem vero proxime indagare, quo facilius deinceps ipſam aequationum reſolutionem dirigere queamus. Perſpicuum autem eſt, ſi omnes quantitates a ſitu ſolis pendentes ex calculo deleantur, tum vtique fieri debere $\omega = 1$. Cum igitur primum S ab angulo η pendeat, terminos tam S quam η inuoluentes omittamus, ac pro ω quidem ſcribamus 1; quia tantum determinationem ad verum accedentem requirimus, quem in finem quoque inclinationem orbitae negligamus. Hinc aequatio ſecunda dabit:

$$-\frac{kt\cos r}{1-kk} = \frac{CC}{1-kk} - \frac{mt}{nn(1-kk)} + \frac{\mu t^3}{n^2(1-kk)} + \frac{t^4}{2nn(1-kk)}$$ ſiue

$$CC = \frac{mt}{nn} - \frac{\mu t^3}{nn} - kt\cos r - \frac{t^4}{2nn}$$

Cum autem ſit $t = \frac{1-kk}{1-k\cos r} = 1 + k\cos r$ proxime, ob k valde paruum habebitur.

$$CC = \frac{m}{nn} - \frac{\mu}{nn} - \frac{1}{2nn}$$
$$+ \frac{m}{nn}k\cos r - \frac{3\mu k}{nn}\cos r - k\cos r - \frac{2k}{nn}\cos r$$

vnde perſpicuum eſſe oportere.

$$\frac{m}{nn} = 1 + \frac{2+3\mu}{nn} \text{ et } CC = 1 + \frac{3+4\mu}{2nn}$$

§. 44. His

Digitized by Google

§. 44. His igitur constantium $\frac{m}{nn}$ et CC valoribus proximis inuentis ponamus esse reuera:

$$\frac{m}{nn} = 1 + \frac{2+3\mu+\gamma}{nn} \text{ et } CC = 1 + \frac{3+4\mu+\delta}{2nn} = \lambda\lambda$$

scribamus enim λ pro C, quia litteris maiusculis A, B, C, D etc. deinceps in operationibus sequentibus vtemur: sicque fiet

$$S = \frac{1}{\sqrt{(1-kk)}} \int dr \left(\frac{3t^3uu}{2\omega^3} \sin 2\eta + \frac{3vt^5u^3}{8\omega^4} (\sin\eta + 5\sin 3\eta) \right)$$

$$d\Phi = \frac{dr}{uu\sqrt{(1-kk)}} \left(\lambda - \frac{S}{nn} \right)$$

$$d\eta = \frac{dr}{uu\sqrt{(1-kk)}} \left(\lambda - \frac{S}{nn} \right) - \frac{ttdr\sqrt{(1-ee)}}{nn\omega\omega\sqrt{(1-kk)}}$$

$$\text{II. } \frac{(1-kk)\,ddu}{dr^2} = ktu\cos r + \frac{\lambda\lambda}{u^3} - \frac{2\lambda S}{nnu^3} + \frac{SS}{n^4u^3} + \frac{\mu t^3}{nn} + \frac{t^4u}{2nn\omega^3}$$
$$- \frac{mt}{nnuu} \left(1 - \tfrac{3}{4}\tan\varrho^2 + \tfrac{3}{4}\tan\varrho^2\cos 2(\Phi-\pi) \right)$$
$$+ \frac{3t^4u\cos 2\eta}{2nn\omega^3} + \frac{3vt^5uu}{8nn\omega^4} (3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

$$\text{III. } d\pi = -\frac{uudr\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{(\lambda nn - S)\sqrt{(1-kk)}} \left(\frac{3t^4}{\omega^3}\cos\eta + \frac{3vt^5u}{4\omega^4}(3+5\cos 2\eta) \right)$$

§. 45. Ponatur $\lambda = u\sqrt{(1-kk)}$, vt sit $uu = 1 + \frac{3+4\mu+\delta}{2nn}$ defectum enim in termino indefinito δ complecti licet, existente $m = nn + 2 + 3\mu + \gamma$; tum vero ponatur $S = (1-kk)^{\frac{3}{2}} \int R dr$, vt sit $R = \frac{dS}{dr\sqrt{(1-kk)}}$; ac si pro t et ω valores restituamus, qui erant,

$t = \frac{1-kk}{1-k\cos r}$ et $\omega = \frac{1-ee}{1-e\cos s}$ habebimus:

$$R =$$

Digitized by Google

$$R = \frac{3(1-kk)^2(1-e\cos s)^2}{2(1-ee)^3(1-k\cos r)^4}\,uu\sin 2\eta + \frac{3\nu(1-kk)^4(1-e\cos s)^4}{8(1-ee)^4(1-k\cos r)^5}\,u^3(\sin\eta + 5\sin 3\eta)$$

$$d\Phi = \frac{dr}{uu}\left(u - \frac{1}{nn}\int R\,dr\right);\quad d\theta = ds = \frac{(1-kk)^{\frac{3}{2}}(1-e\cos s)^2}{n(1-ee)^{\frac{3}{2}}(1-k\cos r)^2}\,dr$$

$$\frac{d\eta}{dr} = \frac{u}{uu} - \frac{\int R\,dr}{nnuu} - \frac{(1-kk)^{\frac{3}{2}}(1-e\cos s)^2}{n(1-ee)^{\frac{3}{2}}(1-k\cos r)^2}$$

§. 46. Aequatio autem secunda facta hac substitutione, si per $1-kk$ diuidatur, abibit in sequentem:

II. $$\frac{ddu}{dr^2} = \frac{ku\cos r}{1-k\cos r} + \frac{uu}{n^3} - \frac{2u\int R\,dr}{nnu^3} + \frac{(\int R\,dr)^2}{n^4u^3} + \frac{u(1-kk)^2}{nn(1-k\cos r)^3} - \frac{n}{nn(1-k\cos r)uu}(1-\tfrac{3}{4}\tan g\varrho^2 + \tfrac{3}{4}\tan g\varrho^2\cos 2(\varphi-\pi)) + \frac{(1-kk)^3(1-e\cos s)^3}{2nn(1-ee)^3(1-k\cos r)^4}\,u(1+3\cos 2\eta) + \frac{3\nu(1-kk)^4(1-e\cos s)^4}{8nn(1-ee)^4(1-k\cos r)^5}\,u^2(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

III. $$dz = -\frac{dr\sin(\varphi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{(unn - R\int dr)}\left(\frac{3(1-kk)^3(1-e\cos s)^3}{(1-ee)^3(1-k\cos r)^4}\,nu\cos\eta + \frac{3\nu(1-kk)^4(1-e\cos s)^4}{4(1-ee)^4(1-k\cos r)^5}\,u^2(3+5\cos 2\eta)\right)$$

Ac si ε denotet inclinationem mediam orbitae lunaris, quantitas $1-\frac{3}{4}\tan g\varrho^2 + \frac{3}{4}\tan g\varrho^2\cos 2(\varphi-\pi)$ in has duas partes discerpi poterit:
$(1-\frac{3}{4}\tan g\varepsilon^2) + \frac{3}{4}(\tan g\varepsilon^2 - \tan g\varrho^2 + \tan g\varrho^2\cos 2(\varphi-\pi))$
quarum illa est constans, haec vero proprie a nodo et inclinatione pendet.

§. 47.

Digitized by Google

§. 47. Euoluamus autem producta illa ex t et ω orta, et quoniam excentricitates k et e sunt valde parvae, sufficit ad eos vsque terminos tantum progredi, qui coefficientes habeant kk, ek et ee, eosque qui per altiores potestates sint multiplicati omittere. Hinc erit:

$$\frac{1}{1-k\cos r} = 1 + \tfrac{1}{2}kk + k\cos r + \tfrac{1}{2}k^2\cos 2r$$

$$\frac{k\cos r}{1-k\cos r} = \tfrac{1}{2}kk + k\cos r + \tfrac{1}{2}k^2\cos 2r$$

$$\frac{(1-kk)^2}{(1-k\cos r)^3} = 1 + 3k\cos r, \text{ quia hic terminus per } \mu \text{ multiplicatur.}$$

$$\frac{(1-kk)^{\frac{3}{2}}}{(1-k\cos r)^2} = 1 + 2k\cos r + \tfrac{3}{2}kk\cos 2r$$

$$\frac{(1-kk)^3}{(1-k\cos r)^4} = 1 + 2kk + 4k\cos r + 5kk\cos 2r$$

$$\frac{(1-kk)^4}{(1-k\cos r)^5} = 1 + 5k\cos r, \text{ quia hic terminus iam per } \nu \text{ est multiplicatus.}$$

§. 48. Porro vero pro terminis ex ω enatis est:

$$\frac{(1-e\cos s)^2}{(1-ee)^{\frac{3}{2}}} = 1 + 2ee - 2e\cos s + \tfrac{1}{2}ee\cos 2s$$

$$\frac{(1-e\cos s)^3}{(1-ee)^3} = 1 + \tfrac{9}{2}ee - 3e\cos s + \tfrac{3}{2}ee\cos 2s$$

$$\frac{(1-e\cos s)^4}{(1-ee)^4} = 1 - 4e\cos s, \text{ quia hic factor tantum in minimis terminis occurrit.}$$

Hinc ergo colligimus:

$$\frac{(1-kk)^{\frac{3}{2}}(1-e\cos s)^2}{(1-ee)^{\frac{3}{2}}(1-k\cos r)^2} = 1 + 2ee + 2k\cos r + \tfrac{3}{2}kk\cos 2r - 2e\cos s - 2ek\cos(r+s) - 2ek\cos(r-s) + \tfrac{1}{2}ee\cos 2s$$

Digitized by Google

$$\frac{(1-kk)^3(1-e\cos s)^3}{(1-ee)^3(1-k\cos r)^4} = 1 + 2kk + \tfrac{9}{2}ee + 4k\cos r + 5kk\cos 2r - 3e\cos s - 6ek\cos(r-s) - 6ek\cos(r+s) + \tfrac{3}{2}ee\cos 2s$$

$$\frac{(1-kk)^4(1-e\cos s)^4}{(1-ee)^4(1-k\cos r)^5} = 1 + 5k\cos r - 4e\cos s,$$

atque hinc fiet: $d\Phi = \frac{dr}{uu}(u - \frac{1}{nn}\int R\,dr)$ atque

$$\frac{ds}{dr} = \frac{1+2ee}{n} + \frac{2k}{n}\cos r - \frac{2e}{n}\cos s - \frac{2ek}{n}\cos(r-s) + \frac{3kk}{2n}\cos 2r + \frac{ee}{2n}\cos 2s - \frac{2ek}{n}\cos(r+s)$$

$$\frac{d\eta}{dr} = \frac{u}{uu} - \frac{\int R\,dr}{nnuu} - \frac{1-2ee}{n} - \frac{2k}{n}\cos r + \frac{2e}{n}\cos s + \frac{2ek}{n}\cos(r-s) - \frac{3kk}{2n}\cos 2r - \frac{ee}{2n}\cos 2s + \frac{2ek}{n}\cos(r+s)$$

§. 49. Introductis nunc his valoribus euolutis in formulas noſtras, iisque, qui per ſinum coſinumue alterius anguli ſunt multiplicati, pariter ſecundum ſimplices angulos explicatis, obtinebimus primum valorem ipſius R, qui erit:

$$R = \tfrac{3}{2}u^2\begin{cases}(1+2kk+\tfrac{9}{2}ee)\sin 2\eta + 2k\sin(2\eta-r) + 2k\sin(2\eta+r)\\ +\tfrac{5}{2}kk\sin(2\eta-2r) + \tfrac{5}{2}kk\sin(2\eta+2r)\\ -\tfrac{3}{2}e\sin(2\eta-s) - \tfrac{3}{2}e\sin(2\eta+s)\\ +\tfrac{3}{4}ee\sin(2\eta-2s) + \tfrac{3}{4}ee\sin(2\eta+2s)\\ -3ek\sin(2\eta-r+s) - 3ek\sin(2\eta+r-s)\\ -3ek\sin(2\eta-r-s) - 3ek\sin(2\eta+r+s)\end{cases}$$

$$+\tfrac{3}{8}vu^3\begin{cases}\sin\eta + \tfrac{5}{2}k\sin(\eta-r) - 2e\sin(\eta-s)\\ 5\sin 3\eta + \tfrac{5}{2}k\sin(\eta+r) - 2e\sin(\eta+s)\\ +\tfrac{25}{2}k\sin(3\eta-r) - 10e\cos(3\eta-s)\\ +\tfrac{25}{2}k\sin(3\eta+r) - 10e\cos(3\eta+s)\end{cases}$$

§. 50.

Digitized by Google

§. 50. Aequatio autem ſecunda principalis ſequentem induet formam:

$$\text{II.}\quad \frac{ddu}{dr^2} = \frac{nn}{u^3} - \frac{2u\int R\,dr}{nnu^3} + \frac{(\int R\,dr)^2}{n^4u^3}$$
$$+ \frac{3m\,\text{tang}\,\varrho^2}{4nnuu}(1-\cos 2(\Phi-\pi))(1+k\cos r)$$
$$- \frac{m}{nnuu}(1+\tfrac{1}{2}kk+k\cos r+\tfrac{1}{2}k^2\cos 2r)+\frac{\mu}{nn}(1+3k\cos r)$$
$$+ u\left(\tfrac{1}{2}kk + k\cos r + \tfrac{1}{2}kk\cos 2r\right)$$
$$+ \frac{u}{2nn}\left\{\begin{array}{l} 1+2kk+\tfrac{9}{2}ee+4k\cos r-3e\cos s-6ek\cos(r-s) \\ \quad +5kk\cos 2r+\tfrac{3}{2}ee\cos 2s-6ek\cos(r+s)\end{array}\right.$$
$$+ \frac{3u}{2nn}\left\{\begin{array}{l} (1+2kk+\tfrac{9}{2}ee)\cos 2\eta+2k\cos(2\eta-r)+2k\cos(2\eta+r) \\ +\tfrac{5}{2}kk\cos(2\eta-2r)+\tfrac{5}{2}kk\cos(2\eta+2r) \\ -\tfrac{3}{2}e\cos 2(2\eta-s)-\tfrac{3}{2}e\cos(2\eta+s) \\ +\tfrac{3}{4}ee\cos(2\eta-2s)+\tfrac{3}{4}ee\cos(2\eta+2s) \\ -3ek\cos(2\eta-r+s)-3ek\cos(2\eta+r-s) \\ -3ek\cos(2\eta-r-s)-3ek\cos(2\eta+r+s)\end{array}\right.$$
$$+ \frac{3vuu}{8nn}\left\{\begin{array}{l} 3\cos\eta+5\cos 3\eta+\tfrac{15}{2}k\cos(\eta-r)+\tfrac{15}{2}k\cos(\eta+r) \\ -6e\cos(\eta-s)-6e\cos(\eta+s)+\tfrac{21}{2}k\cos(\eta-r)+\tfrac{21}{2}k\cos(\eta+r) \\ -10e\cos(3\eta-s)-10e\cos(3\eta+s)\end{array}\right.$$

vbi terminos, qui adhuc vlteriori euolutione indigent, primo loco poſui, et cum terminus tang ϱ^2 implicans iam ſit valde paruus, in eius multiplicatore ſecundam ipſius k poteſtatem omiſi: ſin autem alicuius momenti videantur, loco $1 + k\cos r$ ſcribi poterit $1 + \frac{1}{2}kk + k\cos r + \frac{1}{2}kk\cos 2r$.

§. 51. Pro longitudine vero nodi inuenienda aequatio ſequens prodibit reſoluenda:

Digitized by Google

$$d\pi = -\frac{3uudr\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{unn-\int R dr}\cos\eta\,(1+2kk+\tfrac{3}{2}ee+4k\cos r$$
$$+5kk\cos 2r-3e\cos s+\tfrac{3}{2}ee\cos 2s)$$
$$-\frac{3vu^3dr\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)}{4(unn-\int R dr)}(3+5\cos 2\eta)(1+5k\cos r)$$

At est $\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi) = \frac{1}{2}\cos\eta - \frac{1}{2}(\Phi+\theta-2\pi)$; vnde $\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)\cos\eta = \frac{1}{4}+\frac{1}{4}\cos 2\eta - \frac{1}{4}\cos 2(\Phi-\pi) - \frac{1}{4}\cos 2(\theta-\pi)$ et $\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)\cos 2\eta = \frac{1}{4}\cos\eta + \frac{1}{4}\cos 3\eta$
$$-\tfrac{1}{4}\cos(3\Phi-\theta-2\pi) - \tfrac{1}{4}\cos(3\theta-\Phi-2\pi)$$

Tum vero ob $\int R dr$ valde paruum prae unn, erit satis exacte

$$\frac{1}{unn-\int R\,dr} = \frac{1}{unn} + \frac{\int R dr}{uunn^4} + \frac{(\int R dr)^2}{u^3n^6}$$

vbi quidem postremus terminus tuto omitti potest.

§. 52. Praeterea vero ponatur $u = 1 + \frac{v}{nn}$, vt sit $ddu = \frac{ddv}{nn}$, et reiectis terminis per n^4 diuisis, qui iam per exiguam quantitatem sunt multiplicati, erit

$$\frac{d\Phi}{dr} = u - \frac{2uv}{nn} + \frac{3uv^2}{n^4} - \frac{\int R dr}{nn} + \frac{2v\int R dr}{n^4}$$

$$\frac{d\eta}{dr} = u - \frac{1-2ee}{n} - \frac{2k}{n}\cos r + \frac{2e}{n}\cos s - \frac{3kk}{2n}\cos 2r - \frac{ee}{2n}\cos 2s$$
$$+\frac{2ek}{n}\cos(r-s) + \frac{2ek}{n}\cos(r+s)$$
$$-\frac{2uv-\int R dr}{nn} + \frac{3uv^2+2v\int R dr}{n^4}$$ atque

$$R = \tfrac{3}{2}(1+2kk\mp\tfrac{8}{3}ee)\sin 2\eta + 3k\sin(2\eta-r) - \tfrac{2}{4}e\sin(2\eta-s)$$
$$+3k\sin(2\eta+r) - \tfrac{2}{4}e\sin(2\eta+s)$$
$$+\frac{3v}{nn}\sin 2\eta + \tfrac{15}{4}kk\sin(2\eta-2r) + \tfrac{8}{8}ee\sin(2\eta-2s)$$
$$+\tfrac{15}{4}kk\sin(2\eta+2r) + \tfrac{8}{8}ee\sin(2\eta+2s)$$
$$+\frac{3vv}{2n^4}\sin 2\eta - \tfrac{8}{2}ek\sin(2\eta-r+s) - \tfrac{8}{2}ek\sin(2\eta+r-s)$$
$$-\tfrac{8}{2}ek\sin(2\eta-r-s) - \tfrac{8}{2}ek\sin(2\eta+r+s)$$
$$+$$

Digitized by Google

$$+\frac{6kv}{nn}\sin(2\eta-r)+\frac{6kv}{nn}\sin(2\eta+r)$$
$$-\frac{9ev}{2nn}\sin(2\eta-s)-\frac{9ev}{2nn}\sin(2\eta+s)$$
$$+\tfrac{3}{8}v\sin\eta+\tfrac{15}{8}vk\sin(\eta-r)-\tfrac{3}{4}ve\sin(\eta-s)$$
$$+\tfrac{7}{8}\tfrac{5}{8}vk\sin(3\eta-r)-\tfrac{15}{4}ve\sin(3\eta-s)$$
$$+\tfrac{15}{8}v\sin 3\eta+\tfrac{15}{8}vk\sin(\eta+r)-\tfrac{3}{4}ve\sin(\eta+s)$$
$$+\tfrac{7}{8}\tfrac{5}{8}vk\sin(3\eta+s)-\tfrac{15}{4}ve\sin(3\eta+s)$$

§. 53. Ipſa vero aequatio ſecunda per hanc ſubſtitutionem, poſtquam per nn fuerit multiplicata, in formam ſequentem abibit.

II. $$\frac{ddv}{dr^2}=uunn-3uuv+\frac{6uvv}{nn}-2u\int R\,dr$$
$$+\frac{6uv}{nn}\int R\,dr+\frac{1}{nn}\left(\int R\,dr\right)^2$$
$$+\frac{3m\tan g\varrho^2}{4}(1-\cos 2(\varphi-\pi))\left(1+\tfrac{1}{2}kk+k\cos r+\tfrac{1}{2}kk\cos 2r\right)$$
$$-\frac{3mv\tan g\varrho^2}{2nn}(1-\cos 2(\varphi-\pi))\quad(1+k\cos r)$$
$$-\frac{3mvv}{n^4}(1+k\cos r)-m\left(1+\tfrac{1}{2}kk+k\cos r+\tfrac{1}{2}kk\cos 2r\right)$$
$$+\frac{2mv}{nn}\left(1+\tfrac{1}{2}kk+k\cos r+\tfrac{1}{2}kk\cos 2r\right)+nn\left(\tfrac{1}{2}kk+k\cos r+\tfrac{1}{2}kk\cos 2r\right)$$
$$+v\left(\tfrac{1}{2}kk+k\cos r+\tfrac{1}{2}kk\cos 2r\right)+\mu(1+3k\cos r)$$
$$+\tfrac{1}{2}+kk+\tfrac{3}{4}ee+2k\cos r-\tfrac{3}{2}e\cos s-3ek\cos(r-s)$$
$$+\tfrac{5}{2}kk\cos r+\tfrac{3}{4}ee\cos 2s-3ek\cos(r+s)$$
$$+\frac{v}{2nn}(1+4k\cos r-3e\cos s)$$
$$+\tfrac{3}{2}(1+2kk+\tfrac{3}{2}ee)\cos 2\eta+3k\cos(2\eta-r)-\tfrac{3}{4}e\cos(2\eta-s)$$
$$+3\cos(2\eta+r)-\tfrac{3}{4}e\cos(2\eta+s)$$

Digitized by Google

$$+\tfrac{15}{4}kk\cos(2\eta-2r)+\tfrac{9}{8}ee\cos(2\eta-2s)$$
$$+\tfrac{15}{4}kk\cos(2\eta+2r)+\tfrac{9}{8}ee\cos(2\eta+2s)$$
$$-\tfrac{9}{2}ek\cos(2\eta-r+s)-\tfrac{9}{2}ek\cos(2\eta+r-s)$$
$$-\tfrac{9}{2}ek\cos(2\eta-r-s)-\tfrac{9}{2}ek\cos(2\eta+r+s)$$

$$+\frac{3v}{2nn}\left\{\begin{array}{l}\cos 2\eta+2k\cos(2\eta-r)+2k\cos(2\eta+r)\\ -\tfrac{3}{2}e\cos(2\eta-s)-\tfrac{3}{2}e\cos(2\eta+s)\end{array}\right.$$

$$+\tfrac{3}{8}v\left\{\begin{array}{l}+3\cos\eta+\tfrac{15}{4}k\cos(\eta-r)-6e\cos(\eta-s)\\ +5\cos 3\eta+\tfrac{15}{2}k\cos(\eta+r)-6e\cos(\eta+s)\\ +\tfrac{25}{2}k\cos(3\eta-r)-10e\cos(3\eta-s)\\ +\tfrac{25}{2}k\cos(3\eta+r)-10e\cos(3\eta+s)\end{array}\right.$$

$$+\frac{3vv}{4nn}(3\cos\eta+5\cos 3\eta)$$

§. 54. Cum autem fit $m=nn+2+3\mu+\gamma$ et $uu=1+\frac{3+4\mu+\delta}{2nn}$, ſi hi valores ſubſtituantur, plures termini ſe mutuo deſtruent, aequatioque prodibit ſequenti forma concinniori contenta: vbi quidem in terminis per ſe minimis loco m ſcribi licebit nn, et 1 loco uu vel u.

II. AEQUATIO.

$$\frac{ddv}{dr^2}=\tfrac{1}{2}\delta-\gamma+\tfrac{9}{4}ee-\gamma k\cos r+\tfrac{3}{2}kk\cos 2r$$
$$-2\left(1+\frac{3+4\mu+\delta}{4nn}\right)\int R\,dr+\frac{1}{nn}\left(\int R\,dr\right)^2$$
$$-v\left(1-\tfrac{3}{2}kk-3k\cos r-\tfrac{3}{2}kk\cos 2r\right)$$
$$+\frac{vv}{nn}(3-3k\cos r)-\tfrac{3}{2}e\cos s+\tfrac{3}{4}ee\cos 2s-3ek\cos(r-s)$$
$$-3ek\cos(r+s)+\tfrac{3}{2}(1+2kk+\tfrac{9}{8}ee)\cos 2\eta$$
$$+$$

Digitized by Google

$$+ 3k\cos(2\eta - r) + \tfrac{13}{4}kk\cos(2\eta - 2r) - \tfrac{3}{4}e\cos(2\eta - s)$$
$$+ 3k\cos(2\eta + r) + \tfrac{13}{4}kk\cos(2\eta + 2r) - \tfrac{3}{4}e\cos(2\eta - s)$$
$$+ \tfrac{3}{8}ee\cos(2\eta - 2s) - \tfrac{3}{2}ek\cos(2\eta - r + s) - \tfrac{3}{2}ek\cos(2\eta - r - s)$$
$$+ \tfrac{3}{8}ee\cos(2\eta + 2s) - \tfrac{3}{2}ek\cos(2\eta + r - s) - \tfrac{3}{2}ek\cos(2\eta + r + s)$$

$$+ \frac{v}{nn}\begin{cases} 2\gamma - \tfrac{3}{2}\delta + 6k\cos r + 2(3\mu + \gamma)k\cos r + 6\int R\,dr \\ - \tfrac{3}{2}e\cos s + \tfrac{3}{2}\cos 2\eta + 3k\cos(2\eta - r) + 3k\cos(2\eta + r) \\ - \tfrac{3}{4}e\cos(2\eta - s) - \tfrac{3}{4}e\cos(2\eta + s) \end{cases}$$

$$+ \tfrac{3}{8}v\begin{cases} 3\cos\eta + \tfrac{13}{2}k\cos(\eta - r) - 6e\cos(\eta - s) \\ + 5\cos 3\eta + \tfrac{13}{2}k\cos(\eta + r) - 6e\cos(\eta + s) \\ + \tfrac{25}{2}k\cos(3\eta - r) - 10e\cos(3\eta - s) \\ + \tfrac{25}{2}k\cos(3\eta + r) - 10e\cos(3\eta + s) \end{cases}$$

$$+ \frac{3vv}{4nn}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

$$+ \tfrac{3}{4}(nn + 2 + 3\mu + \gamma)\frac{(1-2v)}{nn}\tan g\varrho^2(1 - \cos 2(\varphi - \pi))$$
$$(1 + \tfrac{3}{2}kk + k\cos r + \tfrac{3}{2}kk\cos 2r)$$

§. 55. Pro loco nodi autem inveniendo prodibit sequens aequatio.

$$\frac{d\pi}{dr} = \frac{-3}{nnn}\left(1 + \frac{2nv + \int R\,dr}{nnn}\right)(1 + 2kk + \tfrac{3}{2}ee)$$

$$\begin{cases} \quad \tfrac{3}{4} + \tfrac{3}{4}\cos 2\eta - \tfrac{3}{4}\cos 2(\Phi - \pi) - \tfrac{3}{4}\cos 2(\theta - \pi) \\ + k\cos r + \tfrac{3}{2}k\cos(2\eta - r) - \tfrac{3}{2}k\cos(2\Phi - 2\pi - r) \\ - \tfrac{3}{4}e\cos s + \tfrac{3}{2}k\cos(2\eta + r) - \tfrac{3}{2}k\cos(2\Phi - 2\pi + r) \\ \qquad - \tfrac{3}{8}e\cos(2\eta - s) - \tfrac{3}{2}k\cos(2\theta - 2\pi - r) \\ \qquad - \tfrac{3}{8}e\cos(2\eta + r) - \tfrac{3}{2}k\cos(2\theta - 2\pi + r) \end{cases}$$

$$- \frac{3v}{4nnn}\begin{cases} \tfrac{13}{4}\cos\eta + \tfrac{5}{4}\cos 3\eta - \tfrac{3}{2}\cos(3\Phi + \theta - 2\pi) \\ - \tfrac{5}{4}\cos(3\Phi - \theta - 2\pi) - \tfrac{5}{4}\cos(3\theta - \Phi - 2\pi) \end{cases}$$

At

Digitized by Google

At pro inclinatione orbitae habebitur:

$$\frac{d.l\,\text{tang}\frac{\varrho}{2}}{dr} = \frac{-3}{nn}\left(1+\frac{2nv+\int R\,dr}{nn}\right)\left(1+2kk+\tfrac{9}{8}ee\right)$$

$$\left\{\begin{array}{l} \frac{15}{4}\sin 2(\varphi-\pi) + \frac{15}{4}\sin 2(\theta-\pi) - \frac{15}{4}\sin 2\eta \\ -\frac{15}{2}k\sin(2\eta-r) + \frac{15}{2}k\sin(2\varphi-2\pi-r) \\ -\frac{15}{2}k\sin(2\eta+r) + \frac{15}{2}k\sin(2\varphi-2\pi+r) \\ +\frac{3}{8}e\sin(2\eta-s) + \frac{15}{2}k\sin(2\theta-2\pi-r) \\ +\frac{3}{8}e\sin(2\eta+s) + \frac{15}{2}k\sin(2\theta-2\pi+r) \end{array}\right.$$

$$-\frac{3v}{4nn}\left(-\tfrac{15}{4}\sin\eta-\tfrac{5}{4}\sin 3\eta+\tfrac{3}{2}\sin(\varphi+\theta-2\pi)\right.$$
$$\left.+\tfrac{5}{4}\sin(3\varphi-\theta-2\pi)+\tfrac{5}{4}\sin(3\theta-\varphi-2\pi)\right.$$

Quomodo igitur his aequationibus ad motum Lunae cognoscendum vti conueniat, in sequentibus capitibus videamus.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT IV.

INUESTIGATIO INAEQUALITATIS LUNAE ABSOLUTAE, QUAE VARIATIO DICITUR.

§. 33.

Ex his aequationibus perſpicitur in determinationem motus Lunae plurimorum angulorum vel ſinus vel coſinus ingredi, qui anguli formantur per variam combinationem ſequentium 4 angulorum:

1. ex diſtantia Solis a Luna, quem angulum poſuimus $= \eta$
2. ex anomalia Lunae vera $= r$
3. ex anomalia Solis vera $= s$
4. ex diſtantia Lunae a nodo aſcendente $= \Phi - \pi$.

Ne igitur a tanta angulorum multitudine obruamur, a caſibus ſimplicioribus ordiamur: ac primo quidem in eas tantum motus inaequalitates inquiramus, quae a ſolo angulo η pendeant, neque idcirco excentricitatem vel Solis vel Lunae implicent, neque ab orbitae lunaris inclinatione ad eclipticam afficiantur.

§. 57. Has igitur inaequalitates, quae a ſolo ſitu Solis reſpectu Lunae naſcuntur, atque ab Aſtronomis ſub nomine variationis comprehendi ſolent, ex praecedentibus aequationibus eliciemus, ſi tam excentricitatem Lunae k quam ſolis e pro nihilo habeamus, atque inclinationem orbitae lunaris ad eclipticam euanescentem ſtatuamus, ita vt ſit $k = o$, $e = o$ et tang $\varrho = o$. Sic enim obtinebimus eas inaequalitates Lunae, quae ab his elementis non pendent, ideoque tantum per angu-

Digitized by Google

lum η determinantur; quae cum vnica tabula comprehendi queant, haec tabula variationem Lunae indicare dicitur. Interim tamen hic animaduerti oportet, partem quandam exiguam variationis quoque ab excentricitate orbitae Lunae k pendere, quam partem deinceps supplebimus, cum huius excentricitatis rationem sumus habituri.

§. 58. Reiectis ergo terminis k, e, et tang ϱ continentibus, habebimus:

$$\frac{d\varphi}{dr} = \varkappa - \frac{2\varkappa v - \int R\,dr}{nn} + \frac{3\varkappa v^2 + 2v\int R\,dr}{n^4}$$

$$\frac{d\eta}{dr} = \varkappa - \frac{1}{n} - \frac{2\varkappa v - \int R\,dr}{nn} + \frac{3\varkappa v^2 + 2v\int R\,dr}{n^4}$$

$R = \frac{3}{2}\sin 2\eta + \frac{3v}{nn}\sin 2\eta + \frac{3}{8}v\sin\eta + \frac{15}{8}v\sin 3\eta$, ac denique

$$\frac{ddv}{dr^2} = \tfrac{1}{2}\delta - \gamma - 2\left(1 + \frac{3+4\mu+\delta}{4nn}\right)\int R\,dr + \frac{1}{nn}\left(\int R\,dr\right)^2 - v + \frac{3vv}{nn}$$
$$+ \tfrac{3}{2}\cos 2\eta + \frac{v}{nn}(2\gamma - \tfrac{3}{2}\delta) + \frac{3v\cos 2\eta}{2nn} + \frac{6v}{nn}\int R\,dr$$
$$+ \tfrac{8}{8}\cos\eta + \tfrac{15}{8}v\cos 3\eta$$

Hic autem notandum est esse $\varkappa = \sqrt{\left(1 + \frac{3+4\mu+\delta}{2nn}\right)}$; quoniam vero valores litterarum μ et δ demum cum per consensum obseruationum, tum per indolem calculi definire instituimus, hic ex obseruationibus petamus valores ipsius $\varkappa$; cum enim sit $\varkappa : 1 = d\varphi : dr$, hoc est vt motus Lunae medius ad motum anomaliae, erit $\varkappa = 1,0085272$. Fieri quidem potest, vt hic valor aliquantulum a vero differat, sed errorem si quis lateat infra detegemus, facillimeque emendabimus.

§. 59.

Digitized by Google

§. 59. Cum igitur iam supra inuenerimus esse
$n = 13,25586$ ac proinde $nn = 175,71795$
erit $\frac{1}{n} = 0,075438$, ideoque $\alpha - \frac{1}{n} = 0,933089$
Hic autem numerus, qui iam quasi medium valorem rationis $\frac{d\eta}{dr}$ exprimit, in omnibus operationibus, quae sequuntur, frequentissime occurret, hincque breuitatis gratia ponamus

$$\alpha - \frac{1}{n} = a, \text{ vt sit } \alpha + \frac{1}{n} = V(+\frac{3+4\mu+\delta}{2nn})$$

eritque ergo $a = 0,933089$, qui valor quam minime a vero discrepat, vti mox patebit. Quod autem verus ipsius a valor aliquantulum diuersus esse possit, inde primo patet, quod minutias, quae ex terminis $\frac{3\alpha v^2 + 2v\int R dr}{n^4}$ quantitati constanti accrescere potuissent, hic neglexi-mus; tum vero fieri potest, vt ratio media differentialium $d\eta$ ad dr alia sit atque quantitatum finitarum η et r.

§. 60. Si has formulas attente contemplemur, mox deprehendemus valorem integralis $\int R dr$ constare ex cosinibus angulorum 2η, η, 3η, et 4η. Quanquam enim altiora quoque multipla huius anguli ingredientur, tamen facile patet, coefficientes eorum continuo fieri minores, ita vt in quadruplo tuto subsistere possimus: similis autem erit ratio valoris ipsius v. Hinc ponamus:
$\int R dr = \mathfrak{A} \cos 2\eta + \mathfrak{B} \cos 4\eta + \mathfrak{a} v \cos \eta + \mathfrak{b} v \cos 3\eta$
$v = A \cos 2\eta + B \cos 4\eta + a v \cos \eta + b v \cos 3\eta$
atque hos valores fictitios in formulis nostris substitua-

Digitized by Google

mus, vt inde valores istorum coefficientium assumtorum determinare possimus: quippe qui modus aptissimus videtur ad cognitionem integralium perueniendi. Quia autem est circiter $v = \frac{1}{2\delta z}$, patet terminos per v^2 multiplicatos prae reliquis tam esse exiguos, vt eos qui multo fuerint minores, sine haesitatione praetermittere possimus.

§. 61. Per hos ergo valores assumtos consequemur:

$$\frac{d\varphi}{dr} = \alpha - \frac{(2\alpha A + \mathfrak{A})}{nn}\cos 2\eta - \frac{(2\alpha B + \mathfrak{B})}{nn}\cos 4\eta + \frac{A(3\alpha A + 2\mathfrak{A})}{2n^4}\cos 2\eta + \frac{A(3\alpha A + 2\mathfrak{A})}{2n^4}\cos 4\eta - \frac{(2\alpha a + \mathfrak{a})}{nn}v\cos\eta - \frac{(2\alpha b + \mathfrak{b})}{nn}v\cos 3\eta$$

atque ob $\alpha - \frac{1}{n} = \alpha$ erit minimis terminis omissis, quia hi in operatione multo magis diminuerentur:

$$\frac{d\eta}{dr} = \alpha - \frac{(2\alpha A + \mathfrak{A})}{nn}\cos 2\eta - \frac{(2\alpha B + \mathfrak{B})}{nn}\cos 4\eta - \frac{(2\alpha a + \mathfrak{a})}{nn}v\cos\eta - \frac{(2\alpha b + \mathfrak{b})}{nn}v\cos 3\eta$$

His positis erit:

$$\frac{d.\cos 2\eta}{dr} = -\sin 2\eta.\frac{2d\eta}{dr} = -2\alpha\sin 2\eta - \frac{(2\alpha B + \mathfrak{B})}{nn}\sin 2\eta + \frac{(2\alpha A + \mathfrak{A})}{nn}\sin 4\eta + \frac{(2\alpha a + \mathfrak{a})}{nn}v\sin\eta + \frac{(2\alpha a + \mathfrak{a})}{nn}v\sin 3\eta - \frac{(2\alpha b + \mathfrak{b})}{nn}v\sin\eta$$

d.

$$\frac{d.\cos 4\eta}{dr} = -\sin 4\eta.\frac{4d\eta}{dr} = -4\alpha\sin 4\eta + \frac{2(2\varkappa A+\mathfrak{A})}{\varkappa\varkappa}\sin 2\eta$$

$$\frac{d.\cos\eta}{dr} = -\sin\eta.\frac{d\eta}{dr} = -\alpha\sin\eta$$

$$\frac{d.\cos 3\eta}{dr} = -\sin 3\eta.\frac{3d\eta}{dr} = -3\alpha\sin 3\eta$$

§. 62. Quod si iam secundum has formulas quantitas integralis $\int R\,dr$ differentietur, obtinebitur:

$$R = (-2\alpha\mathfrak{A} - \frac{\mathfrak{A}(2\varkappa B+\mathfrak{B})}{\varkappa\varkappa} + \frac{2\mathfrak{B}(2\varkappa A+\mathfrak{A})}{\varkappa\varkappa})\sin 2\eta$$
$$+ (\frac{\mathfrak{A}(2\varkappa A+\mathfrak{A})}{\varkappa\varkappa} - 4\alpha\mathfrak{B})\sin 4\eta$$
$$+ (\frac{\mathfrak{A}(2\varkappa a+\mathfrak{a})}{\varkappa\varkappa} + \frac{\mathfrak{A}(2\varkappa b+\mathfrak{b})}{\varkappa\varkappa} - \alpha\mathfrak{a})\nu\sin\eta$$
$$+ (\frac{\mathfrak{A}(2\varkappa a+\mathfrak{a})}{\varkappa\varkappa} - 3\alpha b)\nu\sin 3\eta$$

Cum iam sit per hypothesin

$$R = \tfrac{1}{2}\sin 2\eta + \frac{3A}{2\varkappa\varkappa}\sin 4\eta + \tfrac{3}{8}\nu\sin\eta + \tfrac{3}{8}\nu\sin 3\eta$$
$$- \frac{3B}{2\varkappa\varkappa} + \frac{3a}{2\varkappa\varkappa}\nu + \frac{3a}{2\varkappa\varkappa}\nu$$
$$- \frac{3b}{2\varkappa\varkappa}\nu$$

prodibit terminis homogeneis comparandis:

$$2\alpha\mathfrak{A} = -\tfrac{1}{2} - \frac{\mathfrak{A}(2\varkappa B+\mathfrak{B}) + 2\mathfrak{B}(2\varkappa A+\mathfrak{A})}{\varkappa\varkappa} + \frac{3B}{2\varkappa\varkappa}$$

$$4\alpha\mathfrak{B} = -\frac{3A}{2\varkappa\varkappa} + \frac{\mathfrak{A}(2\varkappa A+\mathfrak{A})}{\varkappa\varkappa}$$

$$\alpha\mathfrak{a} = -\tfrac{1}{8} - \frac{3(a-b)}{2\varkappa\varkappa} + \frac{\mathfrak{A}(2\varkappa a+\mathfrak{a}) - \mathfrak{A}(2\varkappa b+\mathfrak{b})}{\varkappa\varkappa}$$

$$3\alpha b = -\tfrac{3}{8} - \frac{3a}{2\varkappa\varkappa} + \frac{\mathfrak{A}(2\varkappa a+\mathfrak{a})}{\varkappa\varkappa}$$

Digitized by Google

§. 63. Aequatio autem noſtra differentio-differentialis, ſi pro $\int R\,dr$ et v valores aſſumti ſubſtituantur, ſequentem induet formam:

$$\frac{ddv}{dr^2} = (\tfrac{1}{2}\delta-\gamma) - 2\kappa\mathfrak{A}\cos 2\eta - 2\kappa\mathfrak{B}\cos 4\eta - 2\kappa a\nu\cos\eta - 2\kappa b\nu\cos 3\eta$$

$$+\frac{\mathfrak{A}\mathfrak{A}}{2nn} \qquad +\frac{\mathfrak{A}\mathfrak{A}}{2nn}$$

$$-A \qquad -B \qquad -a\nu \qquad -b\nu$$

$$+\frac{3AA}{2nn} \qquad +\frac{3AA}{2nn}$$

$$+\tfrac{1}{2}$$

$$+\frac{(4\gamma-3\delta)}{2nn}A \quad +\frac{(4\gamma-3\delta)}{2nn}B \quad +\frac{3b}{4nn}\nu$$

$$+\frac{3A}{4nn} \quad +\frac{3B}{4nn} \quad +\frac{3A}{4nn} \quad +\frac{3a}{4nn}\nu \quad +\frac{3a}{4nn}\nu$$

$$+\frac{3A\mathfrak{A}}{nn} \qquad +\frac{3A\mathfrak{A}}{nn} \qquad +\tfrac{5}{8}\nu \qquad +\tfrac{15}{8}\nu$$

vbi quidem perſpicuum eſt, quinam termini reſpectu reliquorum tam ſint parui, vt ſine errore deleri queant.

§. 64. Quaeramus ergo primum differentiale $\frac{dv}{dr}$ ac reperietur:

$$\frac{dv}{dr} = \begin{array}{l} (-2A\alpha - \frac{A(2\kappa B+\mathfrak{B})}{nn} + \frac{2B(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn})\sin 2\eta \\ (-4\alpha B + \frac{A(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn})\sin 4\eta \\ (-a\alpha + \frac{A(2\kappa a+a)}{nn} - \frac{A(2\kappa b+b)}{nn})\nu\sin\eta \\ (-3\alpha b + \frac{A(2\kappa a+a)}{nn})\nu\sin 3\eta \end{array}$$

pona-

ponatur autem breuitatis ergo:

$$\frac{dv}{dr} = -A' \sin 2\eta - B' \sin 4\eta - a' v \sin \eta - b' v \sin 3\eta$$

vt sit:

$$A' = 2\alpha A + \frac{A(2\kappa B + \mathfrak{B})}{nn} - \frac{2B(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn}$$

$$B' = 4\alpha B - \frac{A(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn}$$

$$a' = \alpha a - \frac{A(2\kappa a + \mathfrak{a})}{nn} + \frac{A(\kappa b + \mathfrak{b})}{nn}$$

$$b' = 3\alpha b - \frac{A(2\kappa a + \mathfrak{a})}{nn}$$

§. 65. Hinc cum sit:

$$\frac{d.\sin 2\eta}{dr} = \cos 2\eta . \frac{2d\eta}{dr} = 2\alpha \cos 2\eta - \frac{(2\kappa B + \mathfrak{B})}{nn} \cos 2\eta - \frac{(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn} \cos 4\eta$$

$$- \frac{(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn} - \frac{(2\kappa a + \mathfrak{a})}{nn} v \cos \eta - \frac{(2\kappa b + \mathfrak{b})}{nn} v \cos \eta - \frac{(2\kappa a + \mathfrak{a})}{nn} v \cos 3\eta$$

$$\frac{d.\sin 4\eta}{dr} = \cos 4\eta . \frac{4d\eta}{dr} = 4\alpha \cos 4\eta - \frac{2(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn} \cos 2\eta - \frac{2(2\kappa B + \mathfrak{B})}{nn}$$

$$\frac{d.\sin \eta}{dr} = \cos \eta . \frac{d\eta}{dr} = \alpha \cos \eta; \text{ et } \frac{d.\sin 3\eta}{dr} = \cos 3\eta . \frac{3d\eta}{dr} = 3\alpha \cos 3\eta$$

prodibit

$$\frac{ddv}{dr^2} = + \frac{A'(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn} + \frac{2B'(2\kappa B + \mathfrak{B})}{nn}$$

$$\left(-2\alpha A' + \frac{A'(2\kappa B + \mathfrak{B})}{nn} + \frac{2B'(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn}\right) \cos 2\eta$$

$$\left(-4\alpha B' + \frac{A'(2\kappa A + \mathfrak{A})}{nn}\right) \cos 4\eta$$

$$\left(-\alpha a' + \frac{A'(2\kappa a + \mathfrak{a})}{nn}\right) v \cos \eta$$

$$\left(-3\alpha b' + \frac{A'(2\kappa a + \mathfrak{a})}{nn}\right) v \cos 3\eta$$

seu

seu substitutis superioribus valoribus:

$$+\frac{2A\alpha(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn}+\frac{8\alpha B(2\kappa B+\mathfrak{B})}{nn}$$

$$\frac{ddv}{dr^2}=(-4\alpha\alpha A+\frac{12\alpha B(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn})\cos 2\eta$$

$$(-16\alpha\alpha B+\frac{8\alpha A(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn})\cos 4\eta$$

$$(-\alpha\alpha a+\frac{3\alpha A(2\kappa a+\mathfrak{a})}{nn}-\frac{\alpha A(2\kappa b+\mathfrak{b})}{nn})\nu\cos\eta$$

$$(-9\alpha\alpha b+\frac{5\alpha A(2\kappa a+\mathfrak{a})}{nn})\nu\cos 3\eta$$

§ 66. Hi iam termini singulatim illis, qui §. 63. sunt exhibiti, aequales statuantur, atque sequentes prodibunt determinationes,

$$\tfrac{1}{2}\delta-\gamma+\frac{3AA+6A\mathfrak{A}+\mathfrak{A}\mathfrak{A}}{2nn}+\frac{3A}{4nn}=\frac{2\alpha A(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn}+\frac{8\alpha B(2\kappa B+\mathfrak{B})}{nn}$$

$$-A+\tfrac{3}{2}-2\kappa\mathfrak{A}+\frac{(4\gamma-3\delta)}{2nn}A+\frac{3B}{4nn}=-4\alpha\alpha A+\frac{12\alpha B(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn}$$

$$-B-2\kappa\mathfrak{B}+\frac{3AA+6A\mathfrak{A}+\mathfrak{A}\mathfrak{A}}{2nn}+\frac{3A}{4nn}+\frac{(4\gamma-3\delta)}{2nn}B=$$

$$-16\alpha\alpha B+\frac{8\alpha A(2\kappa A+\mathfrak{A})}{nn}$$

$$-a+\tfrac{8}{9}-2\kappa\mathfrak{a}+\frac{3a+3b}{4nn}=-\alpha\alpha a+\frac{3\alpha A(2\kappa a+\mathfrak{a})}{nn}-\frac{\alpha A(2\kappa b+\mathfrak{b})}{nn}$$

$$-b+\tfrac{15}{8}-2\kappa\mathfrak{b}+\frac{3a}{4nn}=-9\alpha\alpha b+\frac{5\alpha A(2\kappa a+\mathfrak{a})}{nn}$$

vnde primum quaeri debent valores vero proximi, qui sunt:

$$\mathfrak{A}=-\frac{3}{4\alpha};\quad \mathfrak{a}=-\frac{3}{8\alpha};\quad \mathfrak{b}=-\frac{5}{8\alpha};$$

$$A=-\frac{\frac{3}{2}+2\kappa\mathfrak{A}}{4\alpha\alpha-1};\quad a=\frac{\frac{8}{9}-2\kappa\mathfrak{a}}{1-\alpha\alpha};\quad b=-\frac{\frac{15}{8}+2\kappa\mathfrak{b}}{9\alpha\alpha-1}$$

§. 67.

Digitized by Google

§. 67. Calculus ergo sequenti modo instituatur:

$\alpha = 0,933089$; $l\alpha = 9,969923$

$\varkappa = 1,008527$; $l\varkappa = 0,003687$

$l2\varkappa = 0,304717$

Iam est $l8\alpha = 0,873013$

subtr. a $\begin{cases} l3 = 0,477121 \\ l5 = 0,698970 \end{cases}$

$\mathfrak{a} = -0,402$; erit $l-\mathfrak{a} = 9,604108$

$\mathfrak{b} = -0,635$; $l-\mathfrak{b} = 9,825957$

$\mathfrak{A} = -0,804$; $l-\mathfrak{A} = 9,905138$

atque hinc conficietur:

$$A = -\frac{3,121}{4\alpha\alpha-1};\ a = +\frac{1,936}{1-\alpha\alpha};\ b = -\frac{3,156}{9\alpha\alpha-1}$$

quarum ergo litterarum valores proximi sunt

$A = -1,2583$; $a = +14,968$; $b = -0,4613$

§. 68. Quaeramus hinc primum valores litterarum $\mathfrak{B}$ et B.

$\mathfrak{A} = -0,804$; $l-\mathfrak{A} = 9,905138$

$2\varkappa A + \mathfrak{A} = -3,341$; vnde colligitur

$4\alpha\mathfrak{B} = +\frac{4,573}{nn}$ $l4,573 = 0,660201$

hinc erit $lnn = 2,244816$

$8,415385$

$l4\alpha = 0,571983$

$\mathfrak{B} = +0,00697$ $l\mathfrak{B} = 7,843402$

Deinde est

$$(16\alpha\alpha-1)B = 2\varkappa\mathfrak{B} - \frac{3A}{4nn} - \frac{3AA-6A\mathfrak{A}-\mathfrak{A}\mathfrak{A}}{2nn} + \frac{8\alpha A(2\varkappa A+\mathfrak{A})}{nn}$$

seu $B = +\frac{0,16819}{16\alpha\alpha-1}$; vnde reperitur

$B = +0,012792$ et $lB = 8,106947$

§. 69. His iam valoribus proxime veris inuentis quaerantur exacti, ac primo quidem

$$2\alpha\mathfrak{A} = -\tfrac{3}{2} + \frac{\frac{3}{2}\mathfrak{B} - \mathfrak{A}(2\varkappa\mathfrak{B}+\mathfrak{B}) + 2\mathfrak{B}(2\varkappa\mathfrak{A}+\mathfrak{A})}{nn}$$

vnde reperitur vt ante:

$$\mathfrak{A} = -0,80378 \quad . \quad . \quad . \quad l-\mathfrak{A} = 9,905138$$

$$\alpha\mathfrak{a} = -\tfrac{3}{8} - \frac{\frac{3}{2}(\alpha-\beta) + \mathfrak{A}(2\varkappa\alpha+\mathfrak{a}) - \mathfrak{A}(2\varkappa\beta+\mathfrak{b})}{nn} = -0,65361$$

$$\mathfrak{a} = -0,70048 \quad . \quad . \quad . \quad l-\mathfrak{a} = 9,845396$$

$$3\alpha\mathfrak{b} = +\tfrac{15}{8} - \frac{\frac{3}{2}\mathfrak{a} + \mathfrak{A}(2\varkappa\mathfrak{a}+\mathfrak{a})}{nn} = +2,13900$$

$$\mathfrak{b} = -0,76413 \quad . \quad . \quad . \quad l-\mathfrak{b} = 9,883167$$

$$(4\alpha\alpha-1)\mathfrak{A} = -\tfrac{3}{2} + 2\varkappa\mathfrak{A} - \frac{\frac{3}{4}\mathfrak{B} + 12\alpha\mathfrak{B}(2\varkappa\mathfrak{A}+\mathfrak{A})}{nn} = -3,12379$$

$$\mathfrak{A} = -1,25826 \quad . \quad . \quad . \quad l-\mathfrak{A} = 0,099771$$

$$(1-\alpha\alpha)\mathfrak{a} = \tfrac{9}{8} - 2\varkappa\mathfrak{a} + \frac{\frac{3}{4}(\alpha+\beta) - 3\alpha\mathfrak{A}(2\varkappa\alpha+\mathfrak{a}) + \alpha\mathfrak{A}(2\varkappa\beta+\mathfrak{b})}{nn} \text{ vel}$$

$$\left(1-\alpha\alpha-\frac{3}{4nn}+\frac{(6\alpha\varkappa\mathfrak{A})}{nn}\right)\mathfrak{a} = \tfrac{9}{8} - 2\varkappa\alpha + \frac{\frac{3}{4}\beta - 3\alpha\mathfrak{A}\alpha + \alpha\mathfrak{A}(2\varkappa\beta+\mathfrak{b})}{nn} = -2,53335$$

hinc $\alpha = +30,989$ . . et $l\alpha = 1,491207$

Vnde patet valorem ipsius $\mathfrak{a}$ ante inuentum non satis esse exactum, exactior ergo prodibit ex hac formula

$$\left(\alpha-\frac{\mathfrak{A}}{nn}\right)\mathfrak{a} = -\tfrac{3}{8} - \frac{\frac{3}{2}(\alpha-\beta) + \mathfrak{A}(2\varkappa\alpha-2\varkappa\beta-\mathfrak{b})}{nn} = -0,93709$$

hinc $\mathfrak{a} = -0,99939$ . . et $l-\mathfrak{a} = 9,999735$

vnde etiam exactius valor ipsius α reperitur, ex quo denuo

Digitized by Google

denuo valor ipsius a corrigetur, neque tandem satis exacte obtinebitur.

$a = -1,2537 \ldots 1-a = 0,098200$
$\alpha = +44,48 \ldots l\alpha = 1,648165$
$b = -0,95003 \ldots l-b = 9,977736$

§. 70. Hinc iam accuratius quaeramus valorem ipsius b

$$(9\alpha\alpha - 1)b = -\tfrac{1}{8} + 2\alpha b - \frac{\frac{3}{4}\alpha + 5\alpha A(2\alpha\alpha + a)}{nn}$$

$b = -1,0146 \ldots l-b = 0,006314$

vnde si denuo praecedentes valores corrigantur, fiet

$a = -1,2630 \ldots l-a = 0,101403$
$b = -0,9500 \ldots l-b = 9,977736$
$\alpha = +44,525 \ldots l\alpha = 1,648604$
$b = -1,015 \ldots l-b = 0,006400$
$\mathfrak{A} = -0,80378 \ldots l-\mathfrak{A} = 9,905138$
$\mathfrak{B} = +0,00697 \ldots l\mathfrak{B} = 7,843402$
$A = -1,25826 \ldots l-A = 0,099771$
$B = +0,01279 \ldots lB = 8,106947$

His autem valoribus inuentis colligitur fore

$\frac{1}{2}\delta - \gamma = +0,01742$

Hic autem valor partem insuper accipit cum ab excentricitate vtriusque orbitae, tum ab inclinatione oriundam, quam deinceps determinabimus.

§. 71. Ex his ergo valoribus habebimus:

$\int R dr = -0,80378 \cos 2\eta + 0,00697 \cos 4\eta$
$9,905138 \qquad 7,843402$
$-1,2630\, v \cos\eta + 0,9500\, v \cos 3\eta$
$0,101403 \qquad 9,977736$

$$\begin{array}{rrrr} \varkappa = & -1,25826 \cos 2\eta & + 0,01279 \cos 4\eta & \\ & 0,099771 & 8,106947 & \\ & +44,525\,\nu \cos\eta & -1,015\,\nu\cos 3\eta & \\ & 1,648604 & 0,006400 & \end{array}$$

hincque porro

$$\begin{array}{rrrr} \frac{d\Phi}{dr} = & 1 & + 0,019015 \cos 2\eta & - 0,0000762 \cos 4\eta \\ & & 8,279096 & 5,881955 \\ & +0,0001103 & & \\ & - & 0,50381\,\nu\cos\eta & + 0,017068\,\nu\cos 3\eta \\ & & 9,702270 & 8,232184 \end{array}$$

at est $\frac{d\eta}{dr} = \frac{d\Phi}{dr} - \frac{1}{n}$, posuimusque $\varkappa - \frac{1}{n} = \alpha$, existente $\varkappa = V\left(1 + \frac{3+4\mu+\delta}{2nn}\right)$

§. 72. Ponatur breuitatis gratia

$$\frac{d\Phi}{dr} = \mathfrak{O} + \mathfrak{P}\cos 2\eta - \mathfrak{Q}\cos 4\eta - \mathfrak{R}\nu\cos\eta + \mathfrak{S}\nu\cos 3\eta$$

erit $\frac{d\eta}{dr} = \alpha + \mathfrak{P}\cos 2\eta - \mathfrak{Q}\cos 4\eta - \mathfrak{R}\nu\cos\eta + \mathfrak{S}\nu\cos 3\eta$

sitque ad integrandum:

$$\Omega = \upsilon r + \mathfrak{p}\sin 2\eta - \mathfrak{q}\sin 4\eta - \mathfrak{r}\nu\sin\eta + \mathfrak{s}\nu\sin 3\eta$$

vnde per differentiationem elicitur:

$$\begin{array}{l} \frac{d\Omega}{dr} = \upsilon + 2\alpha\mathfrak{p}\cos 2\eta - 4\alpha\mathfrak{q}\cos 4\eta - \alpha\mathfrak{r}\nu\cos\eta + 3\alpha\mathfrak{s}\nu\cos 3\eta \\ \quad \mathfrak{P}\mathfrak{p} - \mathfrak{Q}\mathfrak{p}\cos 2\eta + \mathfrak{P}\mathfrak{p}\cos 4\eta - \mathfrak{R}\mathfrak{p}\nu\cos\eta - \mathfrak{R}\mathfrak{r}\nu\cos 3\eta \\ + 2\mathfrak{Q}\mathfrak{q} - 2\mathfrak{P}\mathfrak{q}\cos 2\eta \qquad\qquad + 2\mathfrak{R}\mathfrak{q}\nu\cos 3\eta \end{array}$$

hinc ergo fit:

$$\upsilon = \mathfrak{O} - \mathfrak{P}\mathfrak{p} - 2\mathfrak{Q}\mathfrak{q} = \varkappa + 0,0001103 - \mathfrak{P}\mathfrak{p} - 2\mathfrak{Q}\mathfrak{q}$$

$$(2\alpha - \mathfrak{Q})\mathfrak{p} = \mathfrak{P} + 2\mathfrak{P}\mathfrak{q}; \quad 4\alpha\mathfrak{q} = \mathfrak{Q} + \mathfrak{P}\mathfrak{p};$$

$$\alpha\mathfrak{r} = \mathfrak{R} - \mathfrak{R}\mathfrak{p}; \quad 3\alpha\mathfrak{s} = \mathfrak{S} + \mathfrak{R}(\mathfrak{p} - 2\mathfrak{q})$$

Ergo

Ergo $p = 0{,}010191$ . . . $lp = 8{,}008208$
$q = 0{,}000072$ . . . $lq = 5{,}859381$
$r = 0{,}53453$ . . . $lr = 9{,}727977$
$s = 0{,}00790$ . . . $ls = 7{,}897466$
$v = u - 0{,}000080$

§. 73. Longitudo igitur lunae Φ quatenus pendet a ſola diſtantia lunae a ſole erit

$\mathfrak{A}' = 13,3682$; $\Delta = 0,1123$ et proxime $g = 0,05445$

ac postremo quidem valore ipsius g tantum in terminis minimis vtar, in maioribus ipsam litteram g relicturus, vt deinceps ex collatione calculi cum obseruationibus accuratius fortasse determinari possit. Habemus ergo

$$13,3682 = \tfrac{1}{2}\delta\mathfrak{B}' + m(1+\tfrac{1}{2}gg-C)$$

vnde ob $\mathfrak{B}'$, gg et C numeros admodum paruos, statim prope colligitur $m = 13,3682$. Tum vero est prope

$$\mathfrak{B}' = -\frac{2mg}{\mathfrak{C}};\ \mathfrak{C} = m \text{ et } \delta = 2mg + \frac{1}{2mg} \text{ seu } \mathfrak{C} = 13,3682;$$

$\delta = 2,$

Digitized by Google

$\delta = 2,1419$; hinc $\frac{1}{2}\delta\mathfrak{B}' = -0,1165$, ergo accuratius
$m(1+\frac{1}{2}gg-C) = 13,4847 = \alpha+1$ et $\alpha = 12,4847$
Porro ob $C = -\frac{1}{2mm}$ erit satis exacte . $m = 13,5039$
vnde ex valoribus AetB proxime collectis fit $\mathfrak{C} = 13,0644$
$\gamma = 26,9524g$.
At valor ipsius δ duabus constat partibus, altera per g multiplicata altera diuisa, quibus separatim expressis erit
$\delta = 27,0355\,g + 0,0370.\frac{1}{g} = 2,1521$ proxime.

XLII.

Hinc iam computo instituto sequentes supra assumtorum coefficientium eruuntur valores numerici:
$\mathfrak{A} = 0,008931; \mathfrak{B} = 0,03895g = 0,00209; \mathfrak{C} = 0,01219g = 0,00064$
ideoque
$\xi = 0,008931\,cf2\eta + 0,03895\,g\,cf(2\eta-v) + 0,01219\,g\,cf(2\eta+v)$
Deinde reperitur:
$A = -0,013995$; $B = -0,001460$; $C = +0,002834$
$D = -0,001213.g + 0,00002198.\frac{1}{g} = -0,000280$ proxime
$E = +0,25834.g - 0,00001889.\frac{1}{g} = +0,014012$ proxime
$F = -0,00225.g - 0,00000207.\frac{1}{g} = -0,000161$ proxime
$G = +0,00218.g + 0,00001221.\frac{1}{g} = +0,000340$ proxime
$H = -0,00001022.\frac{1}{g} = -0,000184$
$J = +0,00004897.\frac{1}{g} = +0,000882$
$K = +0,00000053.\frac{1}{g} = +0,000009$

Digitized by Google

XLIII.

Hinc porro pro motu apogei eiusque inaequalitatibus colligitur: $\Delta = 0,1123$; qui quidem valor ex obseruationibus est desumtus

$$A' = -0,013995.\frac{1}{g} = -0,25703 \text{ proxime}$$
$$B' = -0,001460.\frac{1}{g} = -0,02682 \text{ proxime}$$
$$C' = +0,002834.\frac{1}{g} = +0,05205 \text{ proxime}$$
$$D' = +0,007432 \qquad F' = -0,002249$$
$$E' = -0,259170 \qquad G' = -0,002176$$

in minutis secundis

$$A' = -53018'' = -14^\circ, 43', 38''$$
$$B' = -5532 = -1^\circ, 32, 12$$
$$C' = +10736 = +2, 58, 56$$
$$D' = +1533 = +0, 25, 33$$
$$E' = -53459 = -14, 50, 59$$
$$F' = -464 = -0, 7, 44$$
$$G' = +449 = +0, 7, 29$$

Ergo longitudo apogei in minutis secundis

$$\Phi - v = \text{Const.}$$
$$+0,1123\omega - 53018'' \sin(2\eta - v) + 1533'' \sin 2\eta$$
$$- 5532 \sin(2+v) - 53459 \sin(2\eta - 2v)$$
$$+ 10736 \sin v - 464 \sin(2\eta + 2v)$$
$$+ 449 \sin 2v$$

XLIV.

Digitized by Google

XLIV.

Iam pro longitudine ipſa inuenienda habentur primo ex §. 27. valores: $\gamma = 1,46756$

$\delta = +2,15210$; $\varepsilon = -0,027791$; $\zeta = +0,07138$

$\eta = -0,06974$; $\theta = -0,039809$; $\varkappa = -0,070920$

Deinde cum ſit proxime

$$\mathfrak{C}\mathfrak{B}' = -2mg \text{ ſeu } \mathfrak{B}' = -0,11256$$

erit quoque proxime

$$\mathfrak{C}' = -0,003485 \; ; \; \mathfrak{D}' = -0,014456$$
$$\mathfrak{E}' = +0,001509 \; ; \; \mathfrak{F}' = -0,005334$$

Hinc ergo accuratius elicietur $\mathfrak{B}' = -0,11019$, ideoque hic et reliqui conficientes tam abſolute quam in numeris ſecundis erunt:

abſolute	in minutis ſecundis
$\mathfrak{B}' = -0,11019$ . .	$\mathfrak{B}' = -22728'' = -6°, 18', 4''$
$\mathfrak{C}' = -0,00339$ . .	$\mathfrak{C}' = -700 = -0, 11, 40$
$\mathfrak{D}' = -0,01742$ . .	$\mathfrak{D}' = -3594 = -0, 59, 54$
$\mathfrak{E}' = +0,00149$ . .	$\mathfrak{E}' = +306 = +0, 5, 6$
$\mathfrak{F}' = -0,00524$ . .	$\mathfrak{F}' = -1081 = -0, 18, 1$
$\mathfrak{G}' = -0,01824$ . .	$\mathfrak{G}' = -3762 = -1, 2, 42$
$\mathfrak{H}' = -0,00056$ . .	$\mathfrak{H}' = -115 = -0, 1, 55$
$\mathfrak{J}' = +0,01368$ . .	$\mathfrak{J}' = +2823 = +0, 47, 3$
$\mathfrak{K}' = +0,00023$ . .	$\mathfrak{K}' = +47 = +0, 0, 47$
$\mathfrak{L}' = -0,00062$ . .	$\mathfrak{L}' = -128 = -0, 2, 8$
$\mathfrak{M}' = -0,00119$ . .	$\mathfrak{M}' = -246 = -0, 4, 6$
$\mathfrak{N}' = +0,00020$ . .	$\mathfrak{N}' = +41 = +0, 0, 41$
$\mathfrak{P}' = +0,00184$ . .	$\mathfrak{P}' = +379 = +0, 6, 19$
$\mathfrak{Q}' = -0,00001$ . .	$\mathfrak{Q}' = -2 = -0, 0, 2$

XLV.

Digitized by Google

XLV.

Hinc ergo si ad datum tempus iam cognita sit anomalia lunae vera v cum angulo η, longitudo lunae per aequationes in minutis secundis expressas erit

$$\varphi = \text{Const.}$$

$$\begin{array}{llll}
+13{,}3682\omega & -22728'' \sin v & - 700'' \sin 2\eta & \\
& - 1081 \sin 2v & - 3594 \sin (2\eta - 2v) & \\
& - 128 \sin 3v & + 306 \sin (2\eta + 2v) & \\
& - 3762'' \sin (2\eta - v) & - 246'' \sin (4\eta - v) & \\
& - 115 \sin (2\eta + v) & + 41 \sin (4\eta + v) & \\
& + 2823 \sin (2\eta - 3v) & + 379 \sin (4\eta - 3v) & \\
& + 47 \sin (2\eta + 3v) & - 2 \sin (4\eta + 3v) &
\end{array}$$

vbi Const. $+ 13{,}3682\omega$ denotat longitudinem mediam; in reliquis autem terminis continentur inaequalitates periodicae pro hac hypothesi.

XLVI.

Inde iam vicissim anomalia vera lunae v colligitur, vt sit

$$v = \text{}$$

$$\begin{array}{llll}
13{,}2559\omega & -33464'' \sin v & - 2233'' \sin 2\eta & \\
& - 1530 \sin 2v & + 49864 \sin (2\eta - 2v) & \\
& - 128 \sin 3v & + 770 \sin (2\eta + 2v) & \\
& + 49256 \sin (2\eta - v) & - 246 \sin (4\eta - v) & \\
& + 5417 \sin (2\eta + v) & + 41 \sin (4\eta + v) & \\
& + 2823 \sin (2\eta - 3v) & + 379 \sin (4\eta - 3v) & \\
& + 47 \sin (2\eta + 3v) & - 2 \sin (4\eta + 3v) &
\end{array}$$

vbi primus terminus $13{,}2559\omega$ designat anomaliam mediam lunae, quae sit $= \zeta$: tum ex ea primum quaeratur ano-

Digitized by Google

anomalia Keplerіana, quae ſcilicet a ſola excentricitate pendet, ſitque ea $= u$, vt ſit

$$u = \zeta - 33464'' \sin u - 1530'' \sin 2u - 128'' \sin 3u$$

vnde quidem facile tabulae conſtruentur. Tum ſtatuatur $v = u + z$, et quia angulus z eſt modicus, inde is ſatis prope poterit definiri. Interim tamen expedire videtur aliquot operationibus iterandis iſtam anomaliam veram v determinari; dum ſcilicet primum valor non nimis a veritate abhorrens pro v aeſtimando aſſumitur, ex eoque deinceps exactior colligitur; qui ſi nimis ab aſſumto diſcrepare reperiatur, ex hoc denuo exactior quaeratur, donec nulla amplius correctione fuerit opus.

XLVII.

Formula denique, cui tam diameter lunae apparens geocentrica quam parallaxis horizontalis eſt proportionalis, ex §. 40. reperitur

$$\begin{array}{ll}
1 - 0{,}05470 \cos v & - 0{,}00120 \cos 2\eta \\
- 0{,}00142 \cos 2v & + 0{,}00700 \cos(2\eta - 2v) \\
- 0{,}00017 \cos 3v & + 0{,}00073 \cos(2\eta + 2v) \\
- 0{,}00898 \cos(2\eta - v) & - 0{,}00035 \cos(4\eta - v) \\
- 0{,}00042 \cos(2\eta + v) & + 0{,}00009 \cos(4\eta + v) \\
- 0{,}00701 \cos(2\eta - 3v) & - 0{,}00044 \cos(4\eta - 3v) \\
+ 0{,}00008 \cos(2\eta + 3v) & - 0{,}00001 \cos(4\eta + 3v)
\end{array}$$

quorum quidem terminorum plures, qui pro parallaxi infra aliquot minuta ſecunda ſubſiſtunt, tuto omitti poterunt. His igitur tribus formulis pro anomalia vera v, longitudine $\odot$ et parallaxi ſeu diametro apparente inuentis motus lunae continerētur, ſi quidem tam ſolis paral-

laxis quam eius excentricitas et inclinatio orbitae lunaris ad ecliptícam negligatur. Hae autem sunt inaequalitates praecipuae, quae etiam ad reliquas eruendas adhiberi debent; vnde nunc ad inaequalitates ab excentricitate solis oriundas progrediamur.

INUESTIGATIO INAEQUALITATUM LUNAE SECUNDI GENERIS SEU AB EXCENTRICITATE SOLIS PENDENTIUM.

XLVIII.

Formulae nostrae differentiales, quatenus ab excentricitate orbitae solaris pendent, omissis terminis, quos iam constat esse minimos, erunt

$$\frac{d\xi}{d\omega} = \text{Praec.} + \frac{9e}{2m}\sin(2\eta-u) + \frac{9e}{2m}\sin(2\eta+u)$$

$$\frac{dq}{d\omega} = \text{Praec.} + \frac{3e}{4m}\sin(v-u) + \frac{3e}{4m}\sin(v+u)$$
$$- \frac{27e}{8m}\sin(2\eta-v-u) - \frac{27e}{8m}\sin(2\eta-v+u)$$
$$- \frac{9e}{8m}\sin(2\eta+v-u) - \frac{9e}{8m}\sin(2\eta+v+u)$$

$$\frac{q(d\Phi-dv)}{d\omega} = \text{Pr.} - \frac{3e}{4m}\cos(v-u) - \frac{3e}{4m}\cos(v+u)$$
$$- \frac{27e}{8m}\cos(2\eta-v-u) - \frac{27e}{8m}\cos(2\eta-v+u)$$
$$+ \frac{9e}{8m}\cos(2\eta+v-u) + \frac{9e}{8m}\cos(2\eta+v+u)$$

Quan-

Digitized by Google

Quanquam enim nunc tam ξ quam q etiam ab excentricitate e pendeant, tamen in his formulis, in quas hae quantitates ingrediuntur, haec mutatio earum sine errore pro nihilo haberi potest; quoniam hi termini per se sunt minimi, et quia iam terminos ab e et q simul pendentes omisimus. Tum vero erit

$$\frac{d\Phi}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}qq) - 2mq\cos v + \tfrac{1}{2}mqq\cos 2v - \tfrac{3}{2}m\xi + 3m\xi\cos v$$

$$\text{et } \frac{du}{d\omega} = \frac{d\theta}{d\omega} = 1 + 2ee - 2e\cos u$$

XLIX.

Ad formulas has integrandas seu tantum ad eas integralium partes inueniendas, quae ab excentricitate solis e pendent, opus est vt formularum $\frac{d\eta}{d\omega}$, $\frac{dv}{d\omega}$ et $\frac{d\pi}{d\omega}$ primum habeamus partes principales, tum vero etiam eas quae a simplici solis excentricitate e pendent; habebimus ergo primo

$$\frac{d\eta}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}gg) - 1 - 2ee - 2mg\cos v + 2e\cos u$$

$$\frac{dv}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}gg) - 2mg\cos v + \frac{3e}{4mg}\cos(v-u) + \frac{3e}{4mg}\cos(v+u)$$
$$- \frac{1}{4m}\left(1 - \frac{9A+3B-2C}{2gg}\right) + \frac{27e}{8mg}\cos(2\eta - v - u) + \frac{27e}{8mg}\cos(2\eta - v + u)$$
$$- \frac{9e}{8mg}\cos(2\eta + v - u) - \frac{9e}{8mg}\cos(2\eta + v + u)$$

seu introducendis, vt supra §. 27. breuitatis gratia, literis

$$\alpha = m(1+\tfrac{1}{2}gg - C) - 2ee \quad ; \quad \gamma = 2mg$$

$$6 = m(1+\tfrac{1}{2}gg - C) - \frac{1}{4m}\left(1 - \frac{9A+3B-2C}{2gg}\right) ; \quad \delta = 2mg + \frac{1}{2mg} + \frac{3g}{8m}$$

erit: $\frac{d\eta}{d\omega}\alpha - \gamma \cos v + 2e\cos u$

$$\frac{dv}{d\omega} = 6 - \delta\cos v - \frac{9}{4mg}\cos(2\eta - v) + \frac{3}{4mg}\cos(2\eta + v)$$
$$+ \frac{3e}{4mg}\cos(v-u) + \frac{3e}{4mg}\cos(v+u) + \frac{27e}{8mg}\cos(2\eta - v - u)$$
$$+ \frac{27e}{8mg}\cos(2\eta - v + u) - \frac{9e}{8mg}\cos(2\eta + v - u) - \frac{9e}{8mg}\cos(2\eta + v + u)$$

et $\frac{du}{d\omega} = 1 - 2e\cos u.$

L.

Fingamus nunc primo:

$\xi = \mathfrak{A}\cos 2\eta + \mathfrak{B}\cos(2\eta - v) + \mathfrak{C}\cos(2\eta + v) + \mathfrak{P}\cos(2\eta - u) + \mathfrak{Q}\cos(2\eta + u)$

&c differentiando eos tantum sumamus terminos, qui formulae differentiali respondent, quandoquidem reliquos iam inuenimus: eritque

$$\frac{d\xi}{d\omega} = -2e\mathfrak{A}\sin(2\eta - u) - 2e\mathfrak{A}\sin(2\eta + u)$$
$$- (2\alpha - 1)\mathfrak{P} - (2\alpha + 1)\mathfrak{Q}$$

vnde colligitur:

$$(2\alpha - 1)\mathfrak{P} = -\frac{9e}{2m} - 2e\mathfrak{A}\,;\quad (2\alpha + 1)\mathfrak{Q} = -\frac{9e}{2m} - 2e\mathfrak{A}$$

Cum igitur sit $e = 0,0168$, erit in numeris:

$$\mathfrak{P} = -0,000247 \quad \text{et} \quad \mathfrak{Q} = -0,000227.$$

LI.

Fingatur porro: $q = g$
$+ A\cos(2\eta - v) + B\cos(2\eta + v) + C\cos v + M\cos(v - u) + N\cos(v + u)$
$+ P\cos(2\eta - v - u) + Q\cos(2\eta - v + u) + R\cos(2\eta + v - u) + S\cos(2\eta + v + u)$ &c

ac differentiando obtinebitur: $\frac{dq}{dw} =$

$-2eA\sin(2\eta-v-u)-2eA\sin(2\eta-v+u)-2eB\sin(2\eta+v-u)-2eB\sin(2\eta+v+u)$
$-(2\alpha-\delta-1)P-(2\alpha-\delta+1)Q-(2\alpha+\delta-1)R-(2\alpha+\delta+1)S$
$-(\delta-1)M\sin(v-u)-(\delta+1)H\sin(v+u)$

Comparatione ergo instituta reperietur:

$(\delta-1)M=-\frac{3e}{4m}$; $(\delta+1)N=-\frac{3e}{4m}$

$(2\alpha-\delta-1)P=\frac{27e}{8m}-2eA$; $(2\alpha-\delta+1)Q=\frac{27e}{8m}-2eA$

$(2\alpha+\delta-1)R=\frac{9e}{8m}-2eB$; $(2\alpha+\delta+1)S=\frac{9e}{8m}-2eB$

et in numeris

$M=-0,00008$; $P=+0,00042$; $R=+0,00004$
$N=-0,00006$; $Q=+0,00036$; $S=+0,00004$

LII.

Hic autem in differentiatione negleximus partes ipsius $\frac{dv}{dw}$ ab excentricitate e pendentes, quarum tamen eodem iure ratio haberi debuisset, atque partis in differentiali $\frac{d\eta}{dw}$; inde autem multo plures termini accedent ad valorum ipsius q, ponatur ergo ob hos terminos:

$$q = g$$
$$+A\cos(2\eta-v)+B\cos(2\eta+v)+C\cos v+M\cos(v-u)$$
$$+N\cos(v+u)+D\cos(2\eta-u)+E\cos(2\eta+u)$$
$$+P\cos(2\eta-v-u)+Q\cos(2\eta-v+u)+R\cos(2\eta+v-u)$$
$$+S\cos(2\eta+v+u)+K\cos(2v-u)+L\cos(2v+u)$$

Digitized by Google

$$+F\cos(2\eta-2v-u)+G\cos(2\eta-2v+u)+H\cos(2\eta+2v-u)$$
$$+J\cos(2\eta+2v+u)+T\cos(4\eta-u)+V\cos(4\eta+u)$$
$$+W\cos(4\eta-2v-u)+X\cos(4\eta-2v+u)+Y\cos(4\eta+2v-u)$$
$$+Z\cos(4\eta+2v+u)$$

et sumto differentiali pleno reperiotur:

$$\frac{dq}{d\omega}=+\sin(2\eta-v-u)\,[-2eA-(2\alpha-\mathfrak{G}-1)P]$$
$$+\sin(2\eta-v+u)\,[-2eA-(2\alpha-\mathfrak{G}+1)Q]-(\mathfrak{G}-1)M\sin(v-u)$$
$$+\sin(2\eta\mp v-u)\,[-2eB-(2\alpha+\mathfrak{G}-1)R]$$
$$+\sin(2\eta+v+u)\,[-2eB-(2\alpha+\mathfrak{G}+1)S]-(\mathfrak{G}+1)N\sin(v+u)$$
$$+\sin(2\eta-u)\left(+\frac{3eA}{8mg}-\frac{3eB}{8mg}-\frac{27eC}{16mg}-\frac{9eC}{16mg}-(2\alpha-1)D\right)$$
$$+\sin(2\eta+u)\left(+\frac{3eA}{8mg}-\frac{3eB}{8mg}-\frac{27eC}{16mg}-\frac{9eC}{16mg}-(2\alpha+1)E\right)$$
$$+\sin(2\eta-2v+u)\left(+\frac{3eA}{8mg}+\frac{27eC}{16mg}-(2\alpha-2\mathfrak{G}+1)G\right)$$
$$+\sin(2\eta-2v-u)\left(+\frac{3eA}{8mg}+\frac{27eC}{16mg}-(2\alpha-2\mathfrak{G}-1)F\right)$$
$$+\sin(2\eta+2v-u)\left(-\frac{3eB}{8mg}+\frac{9eC}{16mg}-(2\alpha+2\mathfrak{G}-1)H\right)$$
$$+\sin(2\eta+2v+u)\left(-\frac{3eB}{8mg}+\frac{9eC}{16mg}-(2\alpha+2\mathfrak{G}+1)J\right)$$
$$+\sin u\left(+\frac{27eA}{16mg}-\frac{27eA}{16mg}+\frac{9eB}{16mg}-\frac{9eB}{16mg}-\frac{3eC}{8mg}+\frac{3eC}{8mg}\right)$$
$$+\sin(4\eta-2v-u)\left(+\frac{27eA}{16mg}-(4\alpha-2\mathfrak{G}-1)W\right)$$
$$+\sin(4\eta-2v+u)\left(+\frac{27eA}{16mg}-(4\alpha-2\mathfrak{G}+1)X\right)$$

+

Digitized by Google

$$+\sin(4\eta+2v-u)\left(+\frac{9eB}{16mg}-(4a+2c-1)Y\right)$$
$$+\sin(4\eta+2v+u)\left(+\frac{9eB}{16mg}-(4a+2c+1)Z\right)$$
$$+\sin(2v-u)\left(+\frac{9eA}{16mg}-\frac{27eB}{16mg}-\frac{3eC}{8mg}-(2c-1)K\right)$$
$$+\sin(2v+u)\left(+\frac{9eA}{16mg}-\frac{27eB}{16mg}-\frac{3eC}{8mg}-(2c+1)L\right)$$
$$+\sin(4\eta-u)\left(-\frac{9eA}{16mg}-\frac{27eB}{16mg}-(4a-1)T\right)$$
$$+\sin(4\eta+u)\left(-\frac{9eA}{16mg}-\frac{27eB}{16mg}-(4a+1)V\right)$$

vnde reperitur:

$D = -0{,}000010$	;	$H = +0{,}000001$
$E = -0{,}000010$	;	$J = +0{,}000001$
$F = +0{,}000005$	;	$K = -0{,}000006$
$G = +0{,}000065$	;	$L = -0{,}000006$
$T = +0{,}000004$	;	$X = -0{,}000022$
$V = +0{,}000004$	;	$Y = -0{,}000000$
$W = -0{,}000023$	;	$Z = -0{,}000000$

LIII.

Ponamus nunc etiam pro motu apogei

$$\Phi - v = \text{Conſt.} + \Delta\omega$$

$$+A'\sin(2\eta-v)+B'\sin(2\eta+v)+C'\sin v+M'\sin(v-u)+N'\sin(v+u)$$
$$+P'\sin(2\eta-v-u)+Q'\sin(2\eta-v+u)+R'\sin(2\eta+v-u)+S'\sin(2\eta+v+u)$$
$$+D'\sin(2\eta-u)+E'\sin(2\eta+u)+K'\sin(2v-u)+L'\sin(2v+u)+O'\sin u$$
$$+F'\sin(2\eta-2v-u)+G'\sin(2\eta-2v+u)+H'\sin(2\eta+2v-u)+J'\sin(2\eta+2v+u)$$
$$+W'\sin(4\eta-2v-u)+X'\sin(4\eta-2v+u)+Y'\sin(4\eta+2v-u)+Z'\sin(4\eta+2v+u)$$
$$+T'\sin(4\eta-u)+V'\sin(4\eta+u)$$

et

Digitized by Google

et sumto differentiali pleno reperietur:

$$\frac{d\Phi - dv}{d\omega} = \Delta + \cos(2\eta - v - u)\,[2eA' + (2\alpha - \mathfrak{G} - 1)P']$$
$$+ \cos(2\eta - v + u)\,[2eA' + (2\alpha - \mathfrak{G} + 1)Q'] + (\mathfrak{G} - 1)M'\cos(v - u)$$
$$+ \cos(2\eta + v - u)\,[2eB' + (2\alpha + \mathfrak{G} - 1)R']$$
$$+ \cos(2\eta + v + u)\,[2eB' + (2\alpha + \mathfrak{G} + 1)S'] + (\mathfrak{G} + 1)N'\cos(v + u)$$
$$+ \cos(2\eta - u)\left(-\frac{3e}{8mg}A' + \frac{3e}{8mg}B' + \frac{27e}{16mg}C' - \frac{9e}{16mg}C' + (2\alpha - 1)D'\right)$$
$$+ \cos(2\eta + u)\left(-\frac{3e}{8mg}A' + \frac{3e}{8mg}B' + \frac{27e}{16mg}C' - \frac{9e}{16mg}C' + (2\alpha + 1)E'\right)$$
$$+ \cos(2\eta - 2v - u)\left(-\frac{3e}{8mg}A' + \frac{27e}{16mg}C' + (2\alpha - 2\mathfrak{G} - 1)F'\right)$$
$$+ \cos(2\eta - 2v + u)\left(-\frac{3e}{8mg}A' + \frac{27e}{16mg}C' + (2\alpha - 2\mathfrak{G} + 1)G'\right)$$
$$+ \cos(2\eta + 2v - u)\left(+\frac{3e}{8mg}B' + \frac{9e}{16mg}C' + (2\alpha + 2\mathfrak{G} - 1)H'\right)$$
$$+ \cos(2\eta + 2v + u)\left(+\frac{3e}{8mg}B' + \frac{9e}{16mg}C' + (2\alpha + 2\mathfrak{G} + 1)J'\right)$$
$$+ \cos u\left(-\frac{27e}{16mg}A' - \frac{27e}{16mg}A' - \frac{9e}{16mg}B' - \frac{9e}{16mg}B' + \frac{3e}{8mg}C' + \frac{3e}{8mg}C' + O'\right)$$
$$+ \cos(4\eta - 2v - u)\left(-\frac{27e}{16mg}A' + (4\alpha - 2\mathfrak{G} - 1)W'\right)$$
$$+ \cos(4\eta - 2v + u)\left(-\frac{27e}{16mg}A' + (4\alpha - 2\mathfrak{G} + 1)X'\right)$$
$$+ \cos(4\eta + 2v - u)\left(-\frac{9e}{16mg}B' + (4\alpha + 2\mathfrak{G} - 1)Y'\right)$$
$$+ \cos(4\eta + 2v + u)\left(-\frac{9e}{16mg}B' + (4\alpha + 2\mathfrak{G} + 1)Z'\right)$$
$$+$$

Digitized by Google

$$+\cos(2v-u)\left(+\frac{9e}{16mg}A'+\frac{27e}{16mg}B'+\frac{3e}{8mg}C'+(2\mathfrak{C}-1)K'\right)$$

$$+\cos(2v+u)\left(+\frac{9e}{16mg}A'+\frac{27e}{16mg}B'+\frac{3e}{8mg}C'+(2\mathfrak{C}+1)L'\right)$$

$$+\cos(4\eta-u)\left(+\frac{9e}{16mg}A'+\frac{27e}{16mg}B'+(2\alpha-1)T'\right)$$

$$+\cos(4\eta+u)\left(+\frac{9e}{16mg}A'+\frac{27e}{16mg}B'+(2\alpha+1)V'\right)$$

LIV.

Singuli iam hi termini multiplicentur per q, cuius valor quidem erit $=g$, quoniam hi termini in suo genere iam sunt minimi: sed quoniam valor $\frac{dQ-dv}{d\omega}$ adhuc hos terminos praecipuos continet:

$$(2\alpha-\mathfrak{C})A'\cos(2\eta-v)+(2\alpha+\mathfrak{C})B'\cos(2\eta+v)+\mathfrak{C}C'\cos v$$

si et hi per q multiplicentur, inde nascentur quoque termini angulum u involventem, erit autem pro his, sumtis partibus tantum praecipuis:

$$q=\text{Praec.}+P\cos(2\eta-v-u)+Q\cos(2\eta-v+u)$$

Ergo ad illos terminos per q multiplicatos insuper accedent isti:

$\cos u\ [\frac{1}{2}(2\alpha-\mathfrak{C})PA'+\frac{1}{2}(2\alpha-\mathfrak{C})QA']\quad+\frac{1}{2}\mathfrak{C}PC'\cos(2\eta-u)$

$\cos(4\eta-2v-u)\ [\frac{1}{2}(2\alpha-\mathfrak{C})PA'+\frac{1}{2}\mathfrak{C}PC']\quad+\frac{1}{2}\mathfrak{C}QC'\cos(2\eta+u)$

$\cos(4\eta-2v+u)\ [\frac{1}{2}(2\alpha-\mathfrak{C})QA'+\frac{1}{2}\mathfrak{C}QC']$

$\cos(2v+u)\ [\frac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})PB'\quad+\cos(4\eta-u)\ [\frac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})PB'$

$\cos(2v-u)\ [\frac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})QB'\quad+\cos(4\eta+u)\ [\frac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})QB'$

Digitized by Google

LV.

Hinc ergo obtinentur ſequentes determinationes:

$$2eg\,A' + (2\alpha - \mathfrak{G} - 1)\,g\,P' = -\frac{27e}{8m}$$

$$2eg\,A' + (2\alpha - \mathfrak{G} + 1)\,g\,Q' = -\frac{27e}{8m}$$

$$2eg\,B' + (2\alpha + \mathfrak{G} - 1)\,g\,R' = +\frac{9e}{8m}$$

$$2eg\,B' + (2\alpha + \mathfrak{G} + 1)\,g\,S' = +\frac{9e}{8m}$$

$$(\mathfrak{G} - 1)\,g\,M' = -\frac{3e}{4m} \quad ; \quad (\mathfrak{G} + 1)\,g\,N' = -\frac{3e}{4m}$$

$$-\frac{3e}{8m}(A' - B') + \frac{9e}{8m}C' + (2\alpha - 1)\,g\,D' + \tfrac{1}{2}\mathfrak{G}\,PC' = 0$$

$$-\frac{3e}{8m}(A' - B') + \frac{9e}{8m}C' + (2\alpha + 1)\,g\,E' + \tfrac{1}{2}\mathfrak{G}\,QC' = 0$$

$$-\frac{3e}{8m}A' + \frac{27e}{16m}C' + (2\alpha - 2\mathfrak{G} - 1)\,g\,F' = 0$$

$$-\frac{3e}{8m}A' + \frac{27e}{16m}C' + (2\alpha - 2\mathfrak{G} + 1)\,g\,G' = 0$$

$$+\frac{3e}{8m}B' + \frac{9e}{16m}C' + (2\alpha + 2\mathfrak{G} - 1)\,g\,H' = 0$$

$$+\frac{3e}{8m}B' + \frac{9e}{16m}C' + (2\alpha + 2\mathfrak{G} + 1)\,g\,J' = 0$$

$$-\frac{27e}{8m}A' - \frac{9e}{8m}B' + \frac{3e}{8m}C' + g\,O' + \tfrac{1}{2}(2\alpha - \mathfrak{G})\,(P + Q)\,A' = 0$$

$$-\frac{27e}{8m}A' + (4\alpha - 2\mathfrak{G} - 1)\,g\,W' + \tfrac{1}{2}(2\alpha - \mathfrak{G})\,PA' + \tfrac{1}{2}\mathfrak{G}\,PC' = 0$$

$$-\frac{27e}{8m}A' + (4\alpha - 2\mathfrak{G} + 1)\,g\,X' + \tfrac{1}{2}(2\alpha - \mathfrak{G})\,QA' + \tfrac{1}{2}\mathfrak{G}\,QC' = 0$$

$$-\frac{9e}{16m}B' + (4\alpha + 2\mathfrak{G} - 1)\,gY' = 0 \quad ; \quad -\frac{9e}{16m}B' + (4\alpha + 2\mathfrak{G} + 1)\,gZ' = 0$$

+

Digitized by Google

$$+\frac{9e}{16m}A'+\frac{27e}{16m}B'+\frac{3e}{8m}C'+(2\mathfrak{C}-1)gK'+\tfrac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})QB'=0$$

$$+\frac{9e}{16m}A'+\frac{27e}{16m}B'+\frac{3e}{8m}C'+(2\mathfrak{C}+1)gL'+\tfrac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})PB'=0$$

$$+\frac{9e}{16m}A'+\frac{27e}{16m}B'+(4\alpha-1)gT'+\tfrac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})PB'=0$$

$$+\frac{9e}{16m}A'+\frac{27e}{16m}B'+(4\alpha+1)gV'+\tfrac{1}{2}(2\alpha+\mathfrak{C})QB'=0$$

LVI.

Valores ergo horum coefficientium iam ad minuta secunda reductorum erunt: $O' = +310''$

$P' = -1285''$; $M' = -293''$; $F' = +401''$
$Q' = -1087$; $N' = -251$; $G' = +5412$
$R' = +148$; $D' = -52$; $H' = -2$
$S' = +141$; $E' = -45$; $J' = -2$
$W' = -91''$; $K' = +61''$
$X' = -95$; $L' = +61$
$Y' = -1$; $T' = +35$
$Z' = -1$; $V' = +31$

Vnde ob excentricitatem orbitae solaris erit:

$$\xi = +0{,}008931\cos 2\eta - 0{,}000247\cos(2\eta-u)$$
$$+0{,}002090\cos(2\eta-v) - 0{,}000227\cos(2\eta+u)$$
$$+0{,}000640\cos(2\eta+v)$$

$$q = -0{,}013795\cos(2\eta-v) - 0{,}000280\cos 2\eta$$
$$-0{,}001460\cos(2\eta+v) + 0{,}014012\cos(2\eta-2v)$$
$$+0{,}002834\cos v - 0{,}000162\cos(2\eta+2v)$$
$$+0{,}000340\cos 2v$$
$$-0{,}000184\cos 4\eta + 0{,}000420\cos(2\eta-v-u)$$
$$+0{,}000882\cos(4\eta-2v) + 0{,}000360\cos(2\eta-v+u)$$
$$+0{,}000069\cos(4\eta+2v)$$

Digitized by Google

$$\Phi - v = \text{Const.} + 0,1123\,\omega$$

$$\begin{array}{lll}
-53018''\sin(2\eta-v) + 1533''\sin 2\eta & & -1285''\sin(2\eta-v-u)\\
-5532\sin(2\eta+v) & -53549\sin(2\eta-2v) & -1087\sin(2\eta-v-u)\\
+10736\sin v & -464\sin(2\eta+2v) & +148\sin(2\eta+v-u)\\
 & +449\sin 2v & +141\sin(2\eta+v+u)\\
-293''\sin(v-u) & +401''\sin(2\eta+2v-u) & +61''\sin(2v-u)\\
-251\sin(v+u) & +5412\sin(2\eta-2v+u) & +61\sin(2v+u)\\
-52\sin(2\eta-u) & -91\sin(4\eta-2v-u) & +35\sin(4\eta-u)\\
-45\sin(2\eta+u) & -95\sin(4\eta-2v+u) & +31\sin(4\eta+u)\\
+310\sin u & &
\end{array}$$

neglectis scilicet terminis minimis.

LVII.

Denique pro longitudine lunae vera Φ inuenienda, cum sit $\frac{d\Phi}{d\omega} = \text{Praec.}$

$$\begin{array}{ll}
+mg.\ 0,00005\cos(2\eta-v-u) & -m.\ 0,00005\cos(2\eta-u)\\
+mg.\ 0,00002\cos(2\eta-v+u) & -m.\ 0,00002\cos(2\eta+u)\\
+mg.\ 0,00005\cos(2\eta+v-u) & -m.\ 0,00042\cos(2\eta-2v-u)\\
+mg.\ 0,00002\cos(2\eta+v+u) & -m.\ 0,00036\cos(2\eta-2v+u)\\
+mg.\ 0,00042\cos(2\eta-3v-u) & \\
+mg.\ 0,00036\cos(2\eta-3v+u) &
\end{array}$$

ponatur $\Phi = \text{Const.}$

$$+\mathfrak{A}'\omega + \mathfrak{B}'\sin v + \mathfrak{D}'\sin(2\eta-2v) + \mathfrak{G}'\sin(2\eta-v) + \mathfrak{J}'\sin(2\eta-3v)$$

vna cum nouis terminis

$$\begin{array}{lll}
+a'\sin(2\eta-v-u) & +e'\sin(2\eta-u) & +g'\sin(2\eta-2v-u)+l'\sin u\\
+b'\sin(2\eta-v+u) & +f'\sin(2\eta+u) & +h'\sin(2\eta-2v+u)+m'\sin(2v-u)\\
+c'\sin(2\eta+v-u) & & +j'\sin(2\eta-3v-u)+n'\sin(2v+u)\\
+d'\sin(2\eta+v+u) & & +k'\sin(2\eta-3v+u)
\end{array}$$

+ o'

Digitized by Google

$+\mathfrak{o}'\sin(2\eta+2v-u) + \mathfrak{q}'\sin(v-u) + \mathfrak{s}'\sin(4v-u)$
$+\mathfrak{p}'\sin(2\eta+2v+u) + \mathfrak{r}'\sin(v+u) + \mathfrak{t}'\sin(4v+u)$

pro reliquorum terminorum, quos forma differentialis requirit, coefficientibus ponamus litteram I.

LVIII.

Differentiatione iam per regulas praecedentes instituta erit: $\frac{d\Phi}{d\omega} = \text{Praec.}$

$$+\cos u\left(\frac{3e}{8mg}\mathfrak{B}'+\frac{3e}{8mg}\mathfrak{B}'-\frac{27e}{16mg}\mathfrak{G}'-\frac{27e}{16mg}\mathfrak{G}'+\mathfrak{l}'\right)$$
$$+(2\mathfrak{a}+\mathfrak{E}-1)\mathfrak{c}'\cos(2\eta+v-u)$$
$$+\cos(2v-u)\left(\frac{3e}{8mg}\mathfrak{B}'+\frac{9e}{16mg}\mathfrak{G}'-\frac{81e}{16mg}\mathfrak{J}'+(2\mathfrak{E}-1)\mathfrak{m}'\right)$$
$$+(2\mathfrak{a}+\mathfrak{E}+1)\mathfrak{d}'\cos(2\eta+v+u)$$
$$+\cos(2v+u)\left(\frac{3e}{8mg}\mathfrak{B}'+\frac{9e}{16mg}\mathfrak{G}'-\frac{18e}{16mg}\mathfrak{J}'+(2\mathfrak{E}+1)\mathfrak{n}'\right)$$
$$+\cos(2\eta-u)\left(+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{B}'-\frac{9e}{16mg}\mathfrak{B}'-\frac{3e}{8mg}\mathfrak{G}'+(2\mathfrak{a}-1)\mathfrak{e}'\right)$$
$$+\cos(2\eta+u)\left(+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{B}'-\frac{9e}{16mg}\mathfrak{B}'-\frac{3e}{8mg}\mathfrak{G}'+(2\mathfrak{a}+1)\mathfrak{f}'\right)$$
$$+\cos(2\eta-2v-u)\left(+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{B}'+2e\mathfrak{D}'-\frac{9e}{8mg}\mathfrak{G}'-\frac{9e}{8mg}\mathfrak{J}'\right.$$
$$\left.+(2\mathfrak{a}-2\mathfrak{E}-1)\mathfrak{g}'\right)$$
$$+\cos(2\eta-2v+u)\left(+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{B}'+2e\mathfrak{D}'-\frac{3e}{8mg}\mathfrak{G}'-\frac{9e}{8mg}\mathfrak{J}'\right.$$
$$\left.+(2\mathfrak{a}-2\mathfrak{E}+1)\mathfrak{h}'\right)$$

Digitized by Google

$$+\cos(4v-u)\left(+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{Z}'+(4\mathfrak{E}-1)\,s'\right)$$

$$+\cos(4v+u)\left(+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{Z}'+(4\mathfrak{E}+1)\,t'\right)$$

$$+\cos(2\eta+2v-u)\left(-\frac{9e}{16mg}\mathfrak{B}'+(2\alpha+2\mathfrak{E}-1)\,o'\right)$$

$$+\cos(2\eta+2v+u)\left(-\frac{9e}{16mg}\mathfrak{B}'+(2\alpha+2\mathfrak{E}+1)\,p'\right)$$

$$+\cos(2\eta-v-u)\left(-\frac{3e}{4mg}\mathfrak{D}'+2e\mathfrak{G}'+(2\alpha-\mathfrak{E}-1)\,a'\right)$$

$$+\cos(2\eta-3v+u)\left(-\frac{3e}{8mg}\mathfrak{D}'+2e\mathfrak{Z}'+(2\alpha-3\mathfrak{E}+1)\,f'\right)$$

$$+\cos(2\eta-v+u)\left(-\frac{3e}{4mg}\mathfrak{D}'+2e\mathfrak{G}'+(2\alpha-\mathfrak{E}+1)\,b'\right)$$

$$+\cos(2\eta-3v-u)\left(-\frac{3e}{4mg}\mathfrak{D}'+2e\mathfrak{Z}'+(2\alpha-3\mathfrak{E}-1)\,j'\right)$$

$$+\cos(v-u)\left(-\frac{27e}{8mg}\mathfrak{D}'+(\mathfrak{E}-1)\,q'\right)$$

$$+\cos(v+u)\left(-\frac{27e}{8mg}\mathfrak{D}'+(\mathfrak{E}+1)\,r'\right)$$

$$+\cos(4\eta-3v-u)\left(-\frac{27e}{8mg}\mathfrak{D}'+(4\alpha-3\mathfrak{E}-1)\,l\right)$$

$$+\cos(4\eta-3v+u)\left(-\frac{27e}{8mg}\mathfrak{D}'+(4\alpha-3\mathfrak{E}+1)\,l\right)$$

$$+\cos(3v-u)\left(+\frac{9e}{8mg}\mathfrak{D}'+(3\mathfrak{E}-1)\,l\right)$$

$$+\cos(3v+u)\left(+\frac{9e}{8mg}\mathfrak{D}'+(3\mathfrak{E}+1)\,l\right)$$

+

Digitized by Google

$$+\cos(4\eta-v-u)\left(+\frac{9e}{8mg}\mathfrak{D}'+(4\alpha-6-1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta-v+u)\left(+\frac{9e}{8mg}\mathfrak{D}'+(4\alpha-6+1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta-2v-u)\left(-\frac{27e}{16mg}\mathfrak{G}'+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{J}'+(4\alpha-2\mathfrak{C}-1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta-2v+u)\left(-\frac{27e}{16mg}\mathfrak{G}'+\frac{27e}{16mg}\mathfrak{J}'+(4\alpha-2\mathfrak{C}+1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta-u)\left(+\frac{9e}{16mg}\mathfrak{G}'+(4\alpha-1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta+u)\left(+\frac{9e}{16mg}\mathfrak{G}'+(4\alpha+1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(2\eta-4v-u)\left(-\frac{9e}{8mg}\mathfrak{J}'+(2\alpha-4\mathfrak{C}-1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(2\eta-4v+u)\left(-\frac{9e}{8mg}\mathfrak{J}'+(2\alpha-4\mathfrak{C}+1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta-4v-u)\left(-\frac{81e}{3mg}\mathfrak{J}'+(4\alpha-4\mathfrak{C}-1)\,\mathfrak{l}\right)$$

$$+\cos(4\eta-4v+u)\left(-\frac{81e}{8mg}\mathfrak{J}'+(4\alpha-4\mathfrak{C}+1)\,\mathfrak{l}\right)$$

LIX.

Collectis hinc valoribus coefficientium assumtorum, obtinebitur longitudo lunae vt sequitur:

$$\varphi =$$

Digitized by Google

$$\varphi = C + 13,3682\,\omega$$

$$\begin{array}{lll}
-22728''\sin v & +2823''\sin(2\eta-3v) & +100''\sin u \\
-\ 1081\ \sin 2v & +\ 47\ \sin(2\eta+3v) & -\ 23\ \sin(v-u) \\
-\ 128\ \sin 3v & -\ 246\ \sin(4\eta-v) & -\ 20\ \sin(v+u) \\
-\ 700\ \sin 2\eta & +\ 41\ \sin(4\eta+v) & +\ 22\ \sin(2v-u) \\
-\ 3594\ \sin(2\eta-2v) & +\ 379\ \sin(4\eta-3v) & +\ 21\ \sin(2v+u) \\
+\ 306\ \sin(2\eta+2v) & -\ 2\ \sin(4\eta+3v) & +\ 2\ \sin(3v-u) \\
-\ 3762\ \sin(2\eta-v) & & +\ 2\ \sin(3v+u) \\
-\ 115\ \sin(2\eta+v) & & -\ 2\ \sin(4v-u) \\
 & & -\ 2\ \sin(4v+u)
\end{array}$$

$$\begin{array}{ll}
+\ 17''\sin(2\eta-u) & -\ 1''\sin(2\eta-4v-u) \\
+\ 19\ \sin(2\eta+u) & -\ 1\ \sin(2\eta-4v+u) \\
+\ 1\ \sin(4\eta-u) & -\ 11\ \sin(4\eta-2v-u) \\
+\ 1\ \sin(4\eta+u) & -\ 10\ \sin(4\eta-2v+u) \\
+\ 6\ \sin(2\eta-v-u) & -\ 28\ \sin(4\eta-3v-u) \\
+\ 5\ \sin(2\eta-v+v) & -\ 23\ \sin(4\eta-3v+u) \\
+\ 60\ \sin(2\eta-2v-u) & -\ 98\ \sin(4\eta-4v-u) \\
-\ 194\ \sin(2\eta-2v+u) & -\ 245\ \sin(4\eta-4v+u) \\
-\ 6\ \sin(2\eta+2v-u) & +\ 2\ \sin(4\eta-v-u) \\
-\ 6\ \sin(2\eta+2v+u) & +\ 2\ \sin(4\eta-v+u) \\
+\ 6\ \sin(2\eta-3v-u) & \\
+\ 8\ \sin(2\eta-3v+u) &
\end{array}$$

LX.

Plurimae igitur prodeunt inaequalitates ab excentricitate solis pendentes, quarum nonnullae ita sunt magnae,

Digitized by Google

gnae, vt sine notabili errore omitti nequeant; cuiusmodi sunt imprimis, quae ab angulis $2\eta - 2v \mp u$ et $4\eta - 4v \mp u$ pendent. Sed in his fere idem incommodum vsu venit, quo methodus praecedens premebatur, quod magnitudo harum inaequalitatum per Theoriam non satis accurate definiri queat. Cum enim pro his terminis inueniendis diuisores $2\alpha - 2\zeta \mp 1$ et $4\alpha - 4\zeta \mp 1$ fiant perquam exigui, manifestum est in diuidendis terminos minimos neglectos non exigui fore momenti: praecipue cum pro litteris g' et h' termini maiores fere se mutuo destruxissent. Vnde cum ex valore Φ tantum termini maiores $\mathfrak{B}'$, $\mathfrak{D}'$, $\mathfrak{G}'$ et $\mathfrak{J}'$ essent adhibiti, perspicuum est si etiam reliqui minores fuissent introducti, ex iis insignem mutationem in valore coefficientium g' et h' orituram fuisse.

LXI.

De his autem inaequalitatibus tenendum est, eas per satis notabile temporis spatium vix immutari; nam inaequalitates ab angulo $2\eta - 2v + u$, ob quantitatem $2\alpha - 2\zeta + 1 = -0{,}1594$ periodum habent annorum circiter $6\frac{1}{3}$ annorum, et interuallo 19 annorum ter tantum reuoluuntur: et inaequalitas ab angulo $4\eta - 4v + u$ pendens spatio 29 annorum 19 periodos absoluit. Ex quo cum istae inaequalitates per theoriam saltem propemodum fuerint definitae, eas deinceps per obseruationes accuratius definiri conueniet: nisi forte quis laborem in se suscipere voluerit, calculum hic adumbratum multo accuratius instituendi terminorumque hic omissorum rationem habendi; tum vero etiam valores ξ, q et $\Phi - b$

Digitized by Google

multo maiori ſtudio, quam hic feci, euolui oporteret, quoniam in horum determinatione multa neglexi, quae in calculo tandem ad nōtabilem quantitatem excreſcere potuiſſent.

LXII.

Interim tamen hic notari conuenit, hac methodo eas tantum inaequalitates prodire incertas, quae ſatis longis periodis abſoluuntur; quae incertitudo minus officit, cum per obſeruationes facilius emendari poſſit: praecedente vero methodo etiam aliae inaequalitates minoribus periodis circumſcriptae aliquantum incertae prodierunt, quod ſane ingens erat incommodum. Vnde ex hac parte haec methodus poſterior priori anteferenda videtur: verum ſi ingentem inaequalitatum numerum ſpectemus, quibus non ſolum lunae longitudo afficitur, ſed etiam longitudo apogei, calculus tantopere fit operoſus, vt etiamſi has formulas accuratiſſime euolverem, tamen in praxi difficillimi foret vſus. Quin etiam plurimae inaequalitates in motum apogei ingredi videntur, quarum effectum deinceps per alias longitudinis inaequalitates iterum deſtrui oportet, ita vt ſatius fuiſſet illas penitus omittere.

LXIII.

Multitudo autem harum inaequalitatum, quibus tam apogei, quam ipſius lunae longitudo turbatur, inde potiſſimum originem trahit, quod inaequalitates excentricitatis prae eius quantitate media admodum ſint notabiles, atque adeo quadrantem mediae quantitatis ſuperent; ita vt prae ea negligi minime queant. Multo plures autem

Digitized by Google

tem adhuc inaequalitates essent accessurae, si excentricitas lunae media adhuc esset minor, quo certe casu calculi difficultates insuperabiles euasissent: hoc vero ipso casu methodus prior multo tractabilior redderetur, tum enim pleraeque inaequalitates ibi multo minores prodirent. Atque ob hanc causam minus expedire videtur, anomaliam lunae ita constituere, vt eius sinus tam pro maximis quam pro minimis distantiis lunae a terra plane euanescat, etiamsi haec ratio naturae rei maxime consentanea videatur.

LXIV.

Cum igitur numerus inaequalitatum iam tantopere increuerit, facile perspicitur eum adhuc multo magis auctum iri, si eas inaequalitates, quae cum a parallaxi solis, tum ab eius inclinatione ad eclipticam essem euoluturus, quo labore propterea, cum eius vsus fere nullus futurus esset, supersedebo. Interim tamen hinc tantum colligere licet, inaequalitates ab angulis $2\eta - 2v \mp \varkappa$ et $4\eta - 4v \pm \varkappa$ ortas, minime esse contemnendas; quae cum methodo praecedente sint vel omissae vel non satis accurate determinatae, sine dubio causam in se continent, quod etiam accuratissimae tabulae per obseruationes emendatae adhuc vltra $4'$ saepe a veritate aberrent.

LXV.

Sufficiat igitur methodum exposuisse, cuius ope inaequalitates lunae tam ratione apogei, quam longitudinis ac latitudinis verae ex anomalia hic adhibita determinari queant; neque propterea laborem calculi reli-

Digitized by Google

quarum inaequalitatum, quae vel ex ſolis parallaxi vel ex inclinatione orbitae lunaris ad eclipticam oriuntur, ſuſcipio; quippe quarum numerus, ſiquidem omnes, quae alicuius momenti eſſent futurae, perſequi vellem, in immenſum excreſceret. Non ſolum autem multitudo inaequalitatum hanc methodum omni vtilitate in praxi priuabit, ſed etiam ingentes aequationes, quas determinatio apogei, atque anomaliae inde pendentis requirit, ita ſunt comparatae, vt ipſae iam ſatis exactam tam longitudinis quam anomaliae cognitionem requirant; quae res etſi initio ſupponi poſſent, deinceps iterata eadem operatione accuratius definiendae, tamen quia correctio apogei vltra 30° gradus aſſurgere poteſt, calculus ob inaequalitatum multitudinem per ſe taedioſus, nimis crebro repeti deberet, antequam de concluſione certi eſſe poſſemus.

APPLICATIO FORMULARUM INUENTARUM AD ALIOS CALCULOS LUNARES.

LXVI.

Cum igitur calculus inaequalitatum motus lunae hactenus duplici modo ſit inſtitutus, dum priori anomalia vera regulis Keplerianis conformis eſt aſſumta, poſteriori vero ita conſtituta, vt eius ſinus tam pro maximis lunae a terra diſtantiis quam pro minimis prorſus euaneſceret, quorum vterque vti vidimus incommodis non caret: ita etiam infinitis aliis modis lunae inaequalitates repraeſentari poterunt, quos breuiter expoſuiſſe haud abs

re

Digitized by Google

re fore arbitror. Nullum enim est dubium, quin inter hos infinitos modos quidam reperiantur, qui ipsi naturae rei magis sint consentanei, neque iis incommodis laborent, quibus vtrumque expositum non mediocriter impediri comperimus; etiamsi adhuc difficillimum videatur, inter hanc infinitam multitudinem modum conuenientissimum eligere.

LXVII.

Postquam autem inuestigationem ab aequationibus differentio-differentialibus ad aequationes simpliciter differentiales produximus, etiamsi ad hoc anomalia vera v cuius sinus in maximis ac minimis lunae a terra distantiis euanescat, simus vsi, tamen haec conditio iam iterum exui potest. Cum enim tam sinus quam cosinus ipsius v vbique per quantitatem q sit multiplicatus, loco harum duarum variabilium q et v iam alias duas variabiles in calculum introducere poterimus, quod commodissime fiet ponendo $q \cos v = r$ et $q \sin v = s$, vt sit $qq = rr + ss$ et $\tang v = \frac{s}{r}$, tum enim vi formularum §. IX. exhibitarum habebimus istas aequationes:

$$dr = -s\,d\Phi + \frac{2M}{A}\,du\,V\!A\,p;$$

$$ds = r\,d\Phi + \left(\frac{N}{A} - \frac{Ms}{A(1-r)}\right) du\,V\!A\,p.$$

Digitized by Google

LXVIII.

Hinc autem porro erit: $x = \frac{p}{1-r}$;

$dp = -\frac{2Mp\,d\omega}{A(1-r)}\sqrt{Ap}$ et $d\Phi = \frac{d\omega(1-r)^2}{pp}\sqrt{Ap}$, tum vero vt ante $du = d\vartheta = \frac{d\omega(1-e\cos u)^2}{(1-ee)\sqrt{(1-ee)}}$.

Deinde vero si statuamus $p = b(1+\xi)$, reliquasque denominationes in §§. 11, 12, 13. factas adhibeamus, obtinebimus:

$$\frac{M}{A}\sqrt{Ap} = \frac{3(1+3ee)}{2m}\cdot\frac{(1-e\cos u)^3}{1-r}(1+\tfrac{3}{2}\xi)\sin 2\eta$$
$$+\frac{3n}{8m}\cdot\frac{(1-e\cos u)^4}{(1-r)^2}(1+\tfrac{5}{2}\xi)(\sin\eta+5\sin 3\eta)$$

$$\frac{N}{A}\sqrt{Ap} = -\frac{(1+3ee)}{2m}\cdot\frac{(1-e\cos u)^3}{1-r}(1+\tfrac{3}{2}\xi)(1+3\cos 2\eta)$$
$$-\frac{3n}{8m}\cdot\frac{(1-e\cos u)^4}{(1-r)^2}(1+\tfrac{5}{2}\xi)(3\cos\eta+5\cos 3\eta)$$
$$+m(1-r)^3(1-\tfrac{3}{2}\xi)\,\Pi-i$$

atque

$$x = \frac{b(1+\xi)}{1-r};\quad d\xi = \frac{2(1+\xi)\,d\omega}{1-r}\cdot\frac{M}{A}\sqrt{Ap};$$

ac tandem:

$$d\Phi = m\,d\omega(1-\tfrac{3}{4}\xi+\tfrac{15}{8}\xi\xi)(1-r)^3$$

Digitized by Google

LXIX.

Hinc iam omnium differentialium rationes ad $d\omega$ habentur, erit enim

$$\frac{d\xi}{d\omega} = -\frac{2(1+\xi)}{1-r}\cdot\frac{M}{A}\sqrt{A}p :$$

$$\frac{d\Phi}{d\omega} = m\,(1-\tfrac{3}{2}\xi+\tfrac{15}{8}\xi\xi)\,(1-r)^2$$

$$\frac{du}{d\omega} = \frac{d\theta}{d\omega} = \frac{(1-e\cos u)^2}{(1-ee)\sqrt{(1-ee)}} \quad \text{et} \quad \frac{d\eta}{d\omega} = \frac{d\Phi-d\theta}{d\omega}.$$

$$\frac{dr}{d\omega} = -ms\,(1-\tfrac{3}{2}\xi+\tfrac{15}{8}\xi\xi)\,(1-r)^2 + 2.\frac{M}{A}\sqrt{A}p$$

$$\frac{ds}{d\omega} = mr\,(1-\tfrac{3}{2}\xi+\tfrac{15}{8}\xi\xi)\,(1-r)^2 + \frac{N}{A}\sqrt{A}p - \frac{s}{1-r}\cdot\frac{M}{A}\sqrt{A}p$$

$$\frac{d\pi}{d\omega} = -\frac{1}{m}\sin(\theta-\pi)\sin(\Phi-\pi)\left(\frac{3\,(1+3ee)\,(1+\tfrac{3}{2}\xi)}{(1-r)^2}\cos\eta + \tfrac{3}{4}n\,(3+5\cos 2\eta)\right)$$

$$\frac{d.\mathrm{ltg}\,\varrho}{d\omega} = -\frac{1}{m}\sin(\theta-\pi)\cos(\Phi-\pi)\left(\frac{3\,(1+3ee)\,(1+\tfrac{3}{2}\xi)}{(1-r)^2}\cos\eta + \tfrac{3}{4}n\,(3+5\cos 2\eta)\right)$$

at est $\Pi = 1-\lambda-\frac{3}{4}\tan\varrho^2-\frac{3}{4}\tan\varrho^2\cos 2(\Phi-\pi)$, vbi pro λ assumi potest $1-\frac{3}{4}\tan e^2$, denotante e inclinationem mediam orbitae lunaris ad eclipticam, vt sit $\Pi = \frac{3}{4}\tan e^2 - \frac{3}{4}\tan\varrho^2\,[1+\cos 2(\Phi-\pi)]$

LXX.

Digitized by Google

LXX.

Quodsi iam pro r statueretur iste valor $k \cos v$, ita vt k esset quantitas constans, oriretur modus initio traditus inaequalitates lunae repraesentandi, foret enim tum v anomalia vera Kepleri et k denotaret excentricitatem orbitae lunaris. Vnde patet etiam inaequalitates lunae per methodum primam erutas, ex his formulis inueniri posse, neque ad hoc aequationibus secundi gradus esse opus. Reduceretur autem hoc casu indoles differentio-differentialium ad inuentionem quantitatis s, quem in finem pro s assumi deberet series quaedam sinuum angulorum η, v, u et $\Phi - \pi$ formatorum cum indefinitis coefficientibus, quos deinceps determinare liceret: hoc autem modo solutio primum tradita esset proditura.

LXXI.

Cum sit $p = b(1+\xi)$ et $\sqrt{A} = m\sqrt{b^3}$, ob $dx = -\frac{s d\omega}{p}\sqrt{Ap}$, fiat $\frac{dx}{d\omega} = -\frac{mbs}{\sqrt{(1+\xi)}} = -mbs(1-\frac{1}{2}\xi+\frac{3}{8}\xi\xi)$, vnde patet si eiusmodi anomalia v introducatur, vt sit $s = q \sin v$, siue q sit quantitas constans siue variabilis, tum hanc anomaliam tam in maximis quam minimis distantiis sinum euanescentem esse habituram. Ac si pro q quantitas vel constans vel ex angulis cognitis composita assumatur, tum inde coefficientes assumti ac praeterea valor litterae r determinabitur. Sin autem pro q eiusmodi quantitas incognita assumatur, vt sit praeterea $r = q \cos v$, tum solutio ante exposita resultabit.

LXXII.

Digitized by Google

LXXII.

Semper autem vſus aſtronomicus exigit, vt anomalia vera quaedam angulo v contenta introducatur, id quod infinitis modis fieri poteſt. Quo autem quantitas r variabilitatem diſtantiarum lunae a terra accuratius exprimat, et valor ipſius ξ quam minimas mutationes ſubeat, neceſſe eſt, vt quantitas r huiusmodi contineat terminum $k \cos v$, vbi k excentricitatem deſignet, qui ſit quaſi eius pars praecipua; hocque etiam locum habet, ſi pro r ſumatur $q \cos v$, denotante q quantitatem variabilem, quippe cuius pars potior excentricitatem k praebere debet. Verum praeterea quantitas r alios terminos continere poteſt, qui ab angulo v vel pendeant vel non pendeant: ita poni poſſet: $r = k \cos v + A \cos 2\eta + B \cos 4\eta + C \cos (2\eta - v)$ etc. quo valore aſſumto litterae quoque s, ξ cum reliquis ſuos valores debitos obtinerent.

LXXIII.

Hoc modo illud incommodum euitari poteſt, quo methodum in hoc additamento traditam laborare vidimus, ſi excentricitas orbitae lunaris eſſet nimis parua, vel adeo euaneſcens; tum enim diſtantiae maximae et minimae non amplius ab anomalia penderent, ſed potius ab angulo η, atque imprimis quidem a coſinu dupli anguli 2η. Caſu ergo quo excentricitas plane euaneſcit, pro variabili r, cuius loco vtique noua variabilis introduci debet, non conueniet anomaliam v introducere, ſed praeſtabit aſſumi ſeriem coſinuum ex ſolis angulis 2η, 4

Digitized by Google

et $\Phi - \pi$ conſtantem, quorum coefficientes etſi ſunt cónſtantes, tamen quia terminorum numerus in infinitum excurrit, vicem novae variabilis ſuſtinebunt. Tum autem valor ipſius s ex ſimili ſerie ſinuum eorundem angulorum conſtabit.

LXXIV.

Quodſi ergo rem generatim pro quacunque excentricitate expedire velimus, poterimus ad hos terminos, qui ex hypotheſi excentricitatis euaneſcentis prodeunt, adhuc adiungere terminos ex anomalia v formatos. Ita neglectis tam inaequalitatibus parallacticis, quam iis quae tum ab excentricitate orbitae ſolaris, tum ab inclinatione orbitae lunaris ad eclipticam pendent, poni conueniet:

$$r = k \cos v + A \cos 2\eta + B \cos(2\eta - v) + C \cos(2\eta + v) + D \cos 4\eta + E \cos(4\eta - v) \text{ etc.}$$
$$s = \Delta k \sin v + \mathfrak{A} \sin 2\eta + \mathfrak{B} \sin(2\eta - v) + \mathfrak{C} \sin(2\eta + v) + \mathfrak{D} \sin 4\eta + \mathfrak{E} \sin(4\eta - v) \text{ etc.}$$
$$\xi = .. \cos v + .. \cos 2\eta + .. \cos(2\eta - v) + .. \cos(2\eta + v) + .. \cos 4\eta + .. \cos(4\eta - v) \text{ etc.}$$

Atque ſi hoc modo omnes angulorum 2η et v combinationes adhibeantur, hique valores in aequationibus ſupra datis ſubſtituantur, primo inde elicietur ratio $dv : d\omega$, ac deinceps coefficientes determinationes ſuas nanciſcentur.

LXXV.

Manebunt autem coefficientes vnius ſeriei veluti ipſius r indeterminati, propterea quod ipſa ſeries haec

ab

Digitized by Google

ab arbitrio noſtro pendet, dum pro r vel ſolum primum terminum $k \operatorname{cof} v$, vel quotquot lubuerit, aſſumere potuiſſemus. Hinc autem id commodi conſequemur, vt iſtos coefficientes ad ſcopum quam conuenientiſſime definire valeamus: ſcilicet eos ita definiri conueniet, vt primo nullius reliquorum coefficientium determinatio lubrica et incerta euadat, vti in vtraque methodo expoſita vſu venit: deinde vero vt nulli coefficientes fiant nimis magni praeter neceſſitatem, ita vt eorum effectus per alios terminos iterum deſtrui neceſſe ſit. Fateri quidem cogor calculum hoc modo inſtituendum admodum futurum eſſe prolixum, verum fortaſſe in ipſa operatione non contemnenda ſe offerent compendia; vnde confido hanc ſpeculationem, etiamſi mihi ipſi eam ſuſcipere non vacet, vſu non eſſe carituram.

BEROLINI, EX OFFICINA MICHAELIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Fig. 1.



g. 2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google